# MMANUELIS
# ALVARI,

E SOCIETATE JESU,

# ISTITUTIONUM
## GRAMMATICARUM

BRI PRIMI PARS ALTERA

# E GENERIBUS,

AC

# ECLINATIONIBUS
## NOMINUM,

ET

## VERBORUM PRÆTERITIS,
AC SUPINIS.

NEOSTADIJ,
is SAMUELIS MÜLLER, 1720.
penſis Jacobi Theobaldi Ludwig, Bibliopegi Privilegiati.

Digitized by Google

Digitized by Google

# DE GENERIBUS NOMINUM,

## Quæ ex ſignificatione cognoſcuntur.

Quæ maribus ſolùm tribuuntur, maſcula ſunto. *Ut Vir, Cato, Leo.*
Maſcula cenſentur ſpecie depicta virili, *Ut Mars, Boreas.*
quibus appoſitum tantùm tribuiſſe virile,
edibile eſt veteres, latro ceu, præſul, & hoſpes.

*Nominum genus partim ex ſignificatione, im ex poſitione, partim ex aſſidua, & dili i auctorum lectione cognoſcitur: Sunt enim lam, quorum genere variè pro ſuo arbitrauntur Scriptores, quæ veteres incerti geneppellant.*

*rimo verſiculo continentur quàmplurinomina, de quibus nonnulli Grammatiperſè, ac multis locis egerunt, cujuſmont:* Scriba, laniſta, ſcurra, rabula, , cacula, nauta, bibliopola, prædo, edo, conſul, tubicen, tibicen, vas va-

 dis,

dis, verres, aries, ædilis, præs, Arabs, Thrax, Phryx, Rex? Cilix; *omnia denique tum propria tum appellativa, quæ marem, ſive rationis participem, ſive expertem ſignificant.*

*Secundo, Angelorum, dæmonum, deorum, ventorum nomina generis ſunt maſculini, non quòd mares ſint, ſed quòd ſpecie quadam, & ſimilitudine mares imitentur, ut* Raphaël, Aſmodæus, Pluto, Japyx.

*Tertio verſiculo complexi ſumus ea, quæ plerique exiſtimant eſſe communia duorum generum: verùm cùm adjectivum duntaxat maſculinum admittant, potiùs maſculina cenſenda ſunt: qualia ſunt,* homo, fur, latro, pugil, vigil, *id eſt, nocturnus cuſtos,* præſul, cocles, eques, exul, *& cætera id genus.*

*Hoc eodem verſiculo iis ſatisfacies, qui fortè objicient:* Lepus, mus, turtur, *& alia ejuſdem generis promiſcua marem, & fœminā ſignificare.*

*Ut mulier, Myſis, equa.* FOEmineum dices, quod fœmina ſola repoſcit.

*Ut Iris, Syrinx, Alecto.* Jungito fœmineis muliebri prædita formâ.

*Ut opera, cuſtodia.* Quæque adjectivum tantùm muliebre requirunt.

*Ut animal, mancipium.* Quæ neutro appoſito gaudent, neutralia ſunto.

Deæ, Nymphæ, Furiæ, Muſæ, Sirênes, &c. *tum à poëtis, tùm à pictoribus muliebri formâ depinguntur, ob quam cauſam generis ſunt fœmi-*

Digitized by Google

*nini, ut* Dido, Pallas, Xanto, Alecto,
æno, Clio, Pyræa, &c.

)peræ, cuſtodiæ, vigiliæ, excubiæ, *etiam homines ipſos ſignificant, adjectivum fœminum poſtulant, quare generis ſunt fœmi-. Cic. ad Att. lib. 1.* Operæ Clodianæ ıtes occupârant.

ſeſtia, bellua, pecus pecudis, avis, & *ſunt generis ejuſdem, fœminina ſunt, quam-mares etiam ſignificent: beſtia enim non ùs lupum, equum, leonem, quàm lupam, ım, leænam ſignificat. Idem de Epicœnis ım ſit, ut* Vulpes, aquila, noctua.

ST commune duûm, ſexum
quod claudit utrumque
ticulo gemino, veluti bos, for-
tis, & hoſtis.
ıtiſtes, juvenis, vates, patruelis,
& infans, (cerdos.
finis, miles, cum cive, cliente, ſa-
comes, atque canis, ſus, dux, au-
ctórque parénsque,
ınicipi conjux, adoleſcens, au-
gur adhærent.

*Nomen commune duorum generum eſt, ıd marem & fœminam ita ſignificat, ut ad-ivo maſculino adjungatur, cùm marem ſig-cat;* civis Romanus, affinis meus, *cùm os;* civis Romana, affinis mea, *cùm fœ-nas ſignificamus.*

Antiſtita, itæ, *fœminino genere Cicero, & Virgilius ſemel uſi ſunt.*

Lib. 10. Judex, *genere muliebri uſus eſt Lucanus de Clepatra loquens.*

Et ſumus, ut fatear, tam ſævâ judice fontes.

## APPENDIX I.

Vigil, *cùm nocturnum cuſtodem ſignificat, ſubſtantivum plane eſt, & virile: jungitur enim cum adjectivis maſculinis tantùm; cùm verò vigilantem ſignificat, more adjectivorum in Is ſyllabam exeuntium, cum ſubſtantivis tam maſculini, quàm fœminini generis jungitur, hinc* animus vigil, cuſtos vigil, cuſtodia vigil: flamma, auris, febris, *apud Poëtas.* Pervigil, *ex eo compoſitum etiam jungitur utrique generi; unde* ignis, cuſtodia pervigil, *apud eoſdem Poëtas. Itaque inſtar adjectivorum communia ſunt duorum generum.*

## APPENDIX II.

A, *litterâ terminata, quæ à verbis oriuntur, ut* auriga, homicida, parricida, transfuga, advena, conviva, agricola, *& id genus alia, docent Grammatici eſſe generis communis; quæ quidem nondum, quod meminerim, cum fœminino adjectivo juncta inveni, præter unum apud Pomponium auctorem vetuſtiſſimum, qui à*

Lib. 5. *Priſciano citatur;* Conveni, *inquit* omnes convivas meas.

Nemo, *genere fœminino reperitur apud Plautum.*



Digitized by Google

## APPENDIX III.

Adjectiva, *quæ in Is ſyllabam exeunt, ſi* *bſtantiva maſculini, & fœminini generis ad-* *ittant, ut* fortis, gravis: *Item comparativa* *Or, inter communia duorum generum nu-* *erantur.*

EST commune trium, generi quod convenit omni. *Ut prudens, atrox.*

*Huc tantùm ſpectant nomina adjectiva, quæ* *ı̄i poſitione contenta ſunt, ut* Felix, velox, nans, docens, nequam, frugi, nihili, æſto: *quorum quatuor poſtrema non in-* *nantur in caſus, ſicuti* numeralia à qua- or uſque ad centum: *hæc enim omni ge-* *ri conveniunt: unde à veteribus Gramma-* *is hoc genus,* Omne *dicitur, & proximum,* *quo egimus,* Commune.

*Huc pertinent compoſita ex nomine color, ut* color, diſcolor: *Et nomina patria in As,* Arpinas, Capenas, Privernas.

*Adjectiva, quæ diverſas habent formas, ad* *verſas præceptiones ſpectant, ut* Bonus, a, um, evis, & breve.

## APPENDIX I.

*Sunt quædam omnis generis, quæ nominati.* *accuſandi, atque vocandi caſibus neutris nu-* *eri pluralis carent: Qualia ſunt,* Dives, uper, locuples, uber, memor, ſuperſtes ſpes, ales, teres (*nam* teretia, *quo Gellius* *uſus, parum uſitatum eſt*) *Item,* Degener, ſes, præceps, bipes, cicur. *Ex quatuor*

 *primis*

Digitized by Google

*primis ſunt comparativa*, ditior, pauperior: *Et nonnullis etiam ſuperlativa* pauperrimus, locupletiſſimus, uberrimus.

Dis, *etiam adjectivum eſt: unde* ditia regna, *& comparativum* ditior, *& ſuperlativum* ditiſſimus.

## APPENDIX II.

Judex, comes, ruricola, alienigena, indigena, teſtis, auctor, *ſi quandoque cum neutris ſubſtantivis juncta reperiantur, non ideo adjectiva omnis generis cenſenda ſunt; cùm planè ſint ſubſtantiva, figuratéque neutris adjungantur.* Infans & Princeps, *ſunt interdum adjectiva omnis generis.*

*Ut October. Tagus.*

PRo maribus pugnant menſes, fluviíque minaces.

*Veteres* Iſtrum, Rhenum, Metaurum, Rhodanum, Iberum, *nominandi causâ pro* Iſter, Rhenus, Metaurus, Rhodanus, Iberus *dicebant, dummodo ſequeretur nomen flumen.*

*Ut Cyprus, Carthago, Ægyptus, Piſtris, Æmis.*

INſula fœminea, Urbs, Regio, cum Nave, Poëſis.

*Quædam, ut duos habent exitus, ita modò fœminini, modò neutrius generis reperiuntur, cujuſmodi ſunt,* Saguntus, Saguntum, Ilios, Ilion, ſive Ilium, Lesbos, Lesbon, Abydos, Abydon.

Zeugma, Reate, Sutul, Argos, Tibur, Nepete, Præneſte, Cete, *neutra ſunt; de quibus ſuo loco. Nomina fabularum, ſi quando*

*reperiuntur generis maſculini, tunc non ſa- læ, ſed perſonæ habetur ratio.*

FOEminea eſt arbor. Foliis olea- ſter amarus, *Ut Pinus, cupreſſus.*

as eſt. Hoc acer, atque ſiler, cum ſubere, robur.

*Dumus non huc ſpectat: humilior eſt enim, ım ut inter arbores numerandus ſit.*

IM neutris junges, hominum ſi propria demas.

*Nomina Um, ſyllabâ finita, neutra ſunt, ter proprium Virorum, ut* Dinacium, gnium, *& fœminarum, ut* Glycerium, anium.

A, Plurale genus neutrum ſibi poſcit ubique. *Ut Bactra, Suſa.*

NOmen in I, maribus, ſi ſit plu- rale, reſerva. *Ut Puteoli, liberi, Philippi.*

ade notas neutri; & vocem pro nomine ſumptam.

verbum quodvis nuda pro vo- ce repôſtum.

*lementorum nomina ferè neutra ſunt; dum etiam fœminina.*

*erba, & cæteræ orationis partes poſitæ loco inis, neutri generis ſunt.*

*ım excluſo omni ſenſu, dictiones pro ſe- oſis ponuntur, ſunt generis neutri: ut* eſt monoſyllabum.



Digitized by Google

## DE GENERIBUS NOMINUM, quæ ex poſitione, ſive terminatione cognoſcuntur.

FOEmineum A, Primæ eſt, veluti Panthera, ſagitta.
Adria mas eſto, cui junge cometa, planeta.
Hic Mammona petit. Paſcha hoc, cui jungito manna.

NOmen in A, ternæ, neutrum, eſt, ceu ſtigma, torevma.

Adria, *virile eſt, cùm mare Venetum, ut nunc loquimur, ſignificat: cùm verò urbem, muliebre.*

Manna, *dum micas thuris concuſſu eliſas ſignificat, muliebre eſt.*

E. ELatiale petit neutrum, velut acre, monile.
Fœmineum eſt Aloë, Rhodopéque, & cætera Græca.

E *litterâ finita, ſi ſint Latina, neutra ſunt, & tertiæ declinationis: ſin Græca, primæ ſunt declinationis, & generis fœminini.*

Cete, tempe, & mele, *quod rarius eſt, neutra ſunt, & pluralis numeri.*

Mille, *ſubſtantivum neutrum eſt, quod pluraliter declinatur,* Millia, millium, &c.

Mille, *adjectivum eſt omnis generis, neque declinatur.*

I Neu-

Digitized by Google

Neutris tribue. O, maribus finita dabuntur. | I. O. *Ut Sinapi. ut Pugio, ut Lectio, Oratio.*
ſto fœmineum, fuerit ſi corporis expers.
:ui caro jungatur, cœnatio, portio, quódque
)eſinit in Do, Go. Neutris adſcribito pondo.
Iarpago, cudo, ordo, mas, udo, cardo, ligóque.

Sinapi, gummi, *neutra ſunt:* at ſinapis, ummis, *fœminina.*

Io, *litteris finita, quæ rem incorpoream gnificant, item verbalia, fœminina ſunt, ut* Quæſtio, Reprehenſio. *Quæ verò rem corforeæm ſignificant, maſculina ſunt, ut* pugio, inio, *hoc eſt margarita.*

Pondo, *non declinatur, & ſignificat libram: liquando pondus.*

Cardo, *apud Priſcos etiam fœmininum fuit:*

U, C, D, da neutris velut, id, cum lacte, gelúque. | U. C. D.

L, T, ſit neutrum. Hic mugil, ſal, ſólque, repoſcunt. | L. T. *Ut Tribunal, Caput.*

AN, In, On, mas. Hæc ſindon, & ſuavis aëdon. | *An, In, On, ut Pæan, delphin, agon.*
Queis adde Alcyonem. Neutris da cuncta ſecundæ. | *Ut Ilion, Pelion.*

Python,

Python, *cùm draconem ſignificat, generis eſt maſculini: cùm verò urbem, fœminini eſt generis, quanquam tum quoque* Pytho *dicitur.*

*Quæ in On, ſyllabam exeunt ſecundæ declinationis neutra ſunt, ut* Barbiton, Barbitos *verò fœmininum. Horatius lib. 1. car. Ode 32. maſculino uſus eſt.*

EN. *Ut Carmen, lumen.*

EN dabitur neutris. Sed hymen, ren maſcula ſunto
Et ſplen, atque lien, atagen, cum pectine, lichen.

Attagen, *non poterat carmen ingredi, niſi altero,* t, *amiſſo, & primâ correptâ.*

Ar.

POſtulat Ar, neutrum, ceu par, cum nectare, bacchar.

Par, *Subſtantivum neutrum eſt, Adjectivum omnis generis.*

Er. *Ut Imber, ager.*

ER, maribus dona. Laver hoc cum tubere poſcit.
Uber, iter, ſpinther, laſer, cicer, atque papaver.
Ver, ſiſer, atque piper, cum verbere, necte cadaver.

Laver, *interdum fœmininum eſt.*

Tuber, *neutrum eſt, cùm terræ callem aut tumorem, cùm verò arborem ſignificat, fœmininum.*

Tuber, *pomum, fungi genus, maſculinum eſt.*

Uber,

Digitized by Google

Uber, *hic ſubſtantivum eſt. Nam adjecti-*
*m omnis generis eſt.*

Verber, *caſu nominandi inuſitatum eſt,*
*to caſu* verbere, *uſitatiſſimum, & etiam*
*netivo: numero multitudinis integrum eſt.*

R, ſyllabâ finita ſignificatione genus ſuum indicant. Ir.

Ut: vir, levir, trevir, ſemivir.

OR, maribus ſervit. Muliebris demitur arbor. Or. *Ut dolor, honor.*

Accedunt neutris cor, ador, cúmque æquore, marmor.

EXigit UR, neutrum. Hic furfur, cum vulture turtur. Ur. *Ut Fulgur, ſulphur.*

Satur, ſatura, ſaturum, *cùm ternas habeat formas, totidem habebit genera.*

FOEmineum As: Neutrum vas vaſis, fáſque, nefáſque: As. *Ut tempeſtas, lampas.*

Maſcula ſunt elephas, adamas, as atque tiaras.

Cum reliquis cunctis flectit quæ prima Pelaſgûm. *Ut pharias, mammonas.*

Tiaras, *& reliqua prima, maſculina ſunt,* Tiara, ræ, *fœmininum eſt.*

ESto nomen in Es, muliebre. Sed eſto virile. Es. *Ut compes, moles.*

Limes, pes, fomes, termes, cum palmite trames.

Et

Et gurges, merges, poples, cum ceſpite vepres, (diei:

*Ut Aromatites Bootes, myrtites, abſinthites, labes, magnes, tapes.* Et paries, ſtipéſque, meri noménq;
His Græcum primæ, vel ternæ jungito Nomen.
Hippomanes neutris, panaces, cacho̊ëthes, adhærent.

*His tribus addi poſſunt Solœcophanes.*

Is.
*Ut navis, clavis.*

IS, dato fœmineis. Maribus da piſcis, Aqualis,
Anguis, tum fuſtis, tum callis, follis, & enſis,
Menſis, cum vecti, torris, glis, poſtis, & orbis.
Et ſanguis, cenchris, collis, cum vomere, caſſis.
Mugilis, atque lapis, vermis, cum faſce canalis
Unguis, tum cucumis, tum caulis pulvis, & axis.

*Ut vigeſſis, centuſſis.* Nis quoque finitum, ceu panis, & aſſe creata.

Anguis, *interdum reperitur fœmininum, quamvis rarò.*

Cenchris, *Serpens, maſculini generis eſt.* Cenchris, cenchridis, *avis, fœmininum.*

Othrys, *mons, apud Græcos fœmininum eſt: à Poëtis Latinis maſculino genere uſurpatur.*

Maſcu-

MAſcula in Os, ſunto. Dos, cos, muliebris, & arbos. Os. *Ut ros, flos.*
Da chaos, atque melos neutris, os, Argos, epóſque.

NOmen in Us, mas eſt, ſeu quartæ, ſive ſecundæ. Us. *Ut ſenſus, ragus.*
Porticus, atque tribus muliebris, acúſque, manúſque,
Alvus, humus, vannus, colus, idus, carbaſus, addes,
Et domus & ficus pomum: mas morbus habetur.

Acus *piſcis nomen, virile eſt: cùm verò tertiæ declinationis eſt, purgamentum tritici ſignificat, ac neutrum eſt.*

Colus, *apud Catullum & Propertium etiam genere virili invenitur.*

Ficus, *morbus, ſemper eſt generis maſculini:* pomum, *ſemper fœminini, ſive ſecundæ, ſive quartæ declinationis.*

APPENDIX.

PLurima in Os, Græca, Auſonii fecêre Latina,
Quæ maribus partim, ut prologus, paradiſus, adhærent:
Partim fæmineis, veluti diphthongus, eremus.

Diphthongus, Periodus, Arctos, Eremus, Papyrus, *& alia hujus generis, ut apud Græcos, ita*

*Ita apud noſtros, fœminina ſunt:* Prologus, *verè* dialogus, ſtylus, ſcyphus, Iſthmus, ſmaragdus, *& alia quàm plurima, maſculina ſunt;* cryſtallus, nardus, diametros, *fœminina ſunt.*

Abyſſus, ſynodus, diphthongus, eremus, *apud Latinos ſemper ſunt ſubſtantiva, & fœminini generis: apud Græcos etiam ſunt adjectiva, & communis generis, more Attico: unde eis articulus tum maſculinus, tum fœmininus præponitur, ſed cùm ſubſtantivorum naturam induunt, etiam apud eos generis ſunt fœminini.*

*Ut pecus, pecoris.*

IN neutris numera virus, pelagúſque profundum.

*Ut tripus, obitroptus.*

POſtulat Us neutrum, quoties id tertia flectit
Hic lepus, & mus, Pus Græcum, compoſtáque junges.
Sit tibi fœmineum lagopus herba, volucris.
Eſt muliebre palus, ſubſcus, pulcherrimima virtus.
Atque ſalus, pecudíſque pecus, quibus additur incus;
Quæque ſibi ſervus, juveníſque, ſenéxque jugârunt.

*Servitus Juventus, ſenectus.*

*Æs, & Aus.*

ÆS, tibi ſit neutrum. Laus, fraus, muliebria ſunto.

S, dato

Digitized by Google

S, Dato fœmineis, ſi conſona ponitur antè. *S. Præcedente conſonante: ut mens, ſors.*

Eſto virile, rudens, fons, pons, ſeps letifer anguis.

Mons, dens, atque chalybs; aſſis quibus addito partes, *Ut quadrans, triens.*

Et polyſyllaba ps: Forceps dematur adunca.

*Compoſita ex nomine* dens, *etiam ſunt maſculina, ut* tridens, *item* bidens, *cùm ruſticum inſtrumentum ſignificat.*

X, dato fœmineis. Sed Eryx, grex, maſcula ſunto. X. *Ut Sandyx, velox.*

Et ſpadyx, bombyx, vermis, cum fornice, phœnix.

Atque calyx, coccix, & oryx, varíxque, calíxque.

Præterea volvox, quincunx, ſeptúnxque, deúnxque.

AX, Ex, finitum polyſyllabon, eſto virile. *Ut thorax, pollex.*

Fœmineum thomex, alex, cum ſmilace, fornax,

Et forfex, vibex, carex, adjunge ſupellex.

APPENDIX I.

Victrix, ultrix, *numero multitudinis non*

 *ſolùm*

*ſolùm* victrices, ultrices, *genere muliebri, ſed neutro etiam* victricia *&* ultricia *pariunt.*

II.

Maſtix, maſtigis, *mediâ producta, generis fœminini eſt; Compoſito utuntur Latini maſculino genere* Homeromaſtix, Ciceromaſtix, *hoc eſt,* Homeri, Ciceronis flagellum, & obtrectator.

Bombyx, *cùm materiam ſignificat, unde veſtes bombycinæ fiunt, fœmininum eſt. Quòd ſi aliquando pro bombycina veſte reperiatur maſculinum, non tam materiæ, quàm vermiculi habita eſt ratio.*

Phœnix, *hîc avem ſignificat: nam cùm eſt gentile, ſignificatione metiendum eſt.*

Sandyx, *quod ferè omnes Grammatici, & Lexica maſculinum eſſe docent, fœmininum eſt, tam apud Græcos, quàm apud noſtros.*

Mobile fit fixum, ſi fixum mente ſubaudis,
Unde genus capit, aut ſonipes, oriénſque, tonánſque,
Mobile fit neutrum, ni fixum mente ſubaudis.

*Sæpe poſitis adjectivis ſubſtantiva omittuntur, propterea quòd facilè intelliguntur. Sic* Natalis, moralis, ſextilis, quintilis, oriens, occidens, torrens, profluens, confluens, cornipes, continens, bipennis, conſonans,

nans, vocalis, præſens: *& his ſimilia, ejuſdem ſunt generis, cujus eſt ſubſtantivum, quod ſubauditur. Hinc* Natalis, *maſculini eſt generis, quia ſubauditur* dies: Molaris, *quia lapis:* Oriens, occidens, *quia* ſol: Continens, *fœmininum, quia terra ſubauditur;* bidens, *ovis;* bipennis *ſecuris*, biremis, triremis, *navis;* conſonans, vocalis, *littera:* Præſens, *neutrum, quia ſubauditur tempus.*

*Quòd ſi adjectivum per ſe ponatur in oratione, neque aliquod ſubſtantivum nomen certum ſubaudiatur, erit neutrius generis, ut* Continens, *apud Rhetores pro* firmamento; decens, accidens, conſequens, conveniens.

Reſpicimus fines, non ſignificata, frequenter:
Zeugma, Reate, ideo petit hoc, cum Tibure, Cere.
Hoc præneſte, Hiſpal: Sulmo hic uberrimus undis.
Martius hic Narbo braccatæ gloria gentis:
Hæc damnata diu Romanis Allia faſtis.

*Hæc nomina, quamvis propria ſint oppidorum, tamen ſunt neutra: quia habetur potiùs ratio poſitionis, quàm ſignificationis: ſiquidem nomina tertiæ declinationis* a, e,



Digitized by Google

*litteris finita, neutra ſunt; quibus adde* Nepete, & Suthul, Albula, *eadem ratione fœmininum eſt apud Ovidium.* Et tanto eſt Albula pota Deo: *quod etiam maſculinum reperitur apud Martialem.*

RESpicit interdum nomen generale Poëta.
Unde ſibi meritò genus inferiora capeſſunt:
Sic volucrem ſequitur bubo, ſic flumen Iader.

*Nomen commune, ſive generale hic vocamus, quòd multa ejuſdem ſub ſe generis comprehendit, ut* avis, urbs, aqua, flumen, mons. *Poëtæ aliquando genus nominis generalis, ſuperioris, tribuunt inferiori. Virgil.* 4. *Æneid.* Solâque culminibus ferali carmine bubo Sæpe queri, *Ubi* bubo *fœmininum eſt, quia tamen generale, nimirum* avis, *ſive* volucris, *eſt fœminini, cùm apud Plinium, & Poëtas omnes, quos quid viderim, maſculinum ſit.* Jader, *neutrum eſt, quia* flumen, *nomen commune, neutrius generis eſt.* Oeta, Oſſa, Othrys, *maſculina ſunt, quia* mons, *generale nomen virile eſt.*

*Plinius quàm plurima nomina gemmarum in as, & es, ſyllabas, primæ Græcorum, genere fœminino uſurpat, habitâ ratione nominis communis gemmæ.*

DE

## DE NOMINIBUS incerti generis.

HÆc modò fœmineis, maribus modò juncta videbis.
Groſſus, adeps, atomus, limax, cum torque, phaſelus,
Scrobs, ſerpens, finis, cum corbe, diéſque, rubúſque.
Poſtulat hic aut hoc meritò Nar, vulgus, & Anxur.

*Nomina incerti generis vocant veteres Grammatici, quæ modò hoc, modo illo genere apud probatos ſcriptores reperiuntur.*

*Hæc à communibus duorum generum vehementer differunt; Siquidem communia maſculini, & fœminini generis ſunt, non temerè & fortuitò, ſed maſculini, cùm marem, fœminini verò, cùm fœminam ſignificant. Neque enim bos, cùm vaccam ſignificat, maſculinum adjectivum admittit; aut fœmininum, cùm bovem marem ſignificat. Illa verò ſine ullo diſcrimine modò maſculina, modò fœminina ſunt, aut neutra, pro auctorum arbitratu modò itidem adjectivum maſculinum, modò fœmininum, aut neutrum, ſi ita gravibus auctoribus viſum ſit, recipiunt.* *Diſcrimen incertorum & communium.*

Dies, *etiam cùm tempus ſignificat, apud Poëtas modò maſculini, modò fœminini generis reperitur.*

## NOMINA MASCULINA apud Oratores, quibus Poëtæ interdum etiam genere muliebri utuntur.

Maſcula bubo, ſpecus, cortex, cum pumice, pulvis.
Et calx pars pedis, atque ſilex, cum margo palumbes.
Proferet hæc cautè juvenis muliebria vates.

## NOMINA FERE FOEMININA apud Oratores, & interdum maſculina, præcipuè apud Poëtas.

Est muliebre animans, volucris, cum ſtirpe, cupido.
Sardonichen comitatur onyx, grus, clunis, & ales.
Cum talpa, linter, cum dama, línxque penúſque.
Hæc maribus tribues, cinget cùm tempora laurus.

Ales, *cùm* avem *ſignificat, apud Ciceronem, Plinium, cæteróſque ferè fœmininum eſt :* Ales, *id eſt* velox, *adjectivum eſt omnis generis.*

Penus, *quartæ: nec dum enim ſecunda legi.*

Penus penoris, *neutrùm eſt. Dicitur & hoc* penum.

Hunc

HUnc jubarem, hunc frontem, hunc pinum, nimiúmque vetuſta,
Pacuvii proavis, atavíſque utenda relinque.

## DE GENERE EPICOENO.

ARticulo ſexum quæ complectuntur utrumque,
Uno: Epicœna vocant Graji; Promiſcua noſtri.

*Hi duo verſiculi tantùm docent, quid ſit nomen Epicœnum, aut Promiſcuum; non verò cujus generis ſit. Id enim præceptiones jàm traditæ docent.* Aquila *námque, exempli causâ, fœmininum eſt; quia litterâ* a, *terminatur:* milvus, *verò maſculinum, quia* us *ſyllabâ finitur: atque de cæteris eodem modo.*

*Diſcrimen Epicœnorum & communium.*

I. *Epicœna à communibus plurimùm differunt, hæc enim communia maſculini ſimul & fœminini generis ſunt; illa maſculini tantùm, aut fœminini.*

II. *Hæc maſculinum adjectivum admittunt, cùm marem ſignificante ut* civis Romanus; *fœmininum, cùm fœminam, ut* civis Romana; *Illa uno adjectivo contenta ſunt.* Vulpes *enim appellamus* callidas, lepores timidos, *ſive mares, ſive fœminas ſignificemus.*

III. *Hæ duobus articulis egent*, hic, & hæc civis: *Illa uno contenta ſunt*, hic lupus & hæc vulpes.

*Itaque quamvis Epicœna marem, & fœminam ſignificant, non ideo tamen appellantur* κοινὰ, *hoc eſt, communia, ſed* ἐπίκοινα *epicœna, hoc eſt, ſubcommunia: quia licet marem, & fœminam ſignificent, uno tamen genere, articulóque id faciunt, ob eámque cauſam non ſunt planè communia.*

*Diſcrimen Epicœnorum & dubiorum.*

I. *Eſt etiam diſcrimen inter Epicœna, & ea, quæ dubii generis appellantur. Hæc enim Dubia, tum maſculinum, tum fœmininum adjectivum recipiunt, manente eâdem prorſus ſignificatione, ut* dies hodiernus, & hodierna, torquis aureus, & aurea: *Illa Epicœna unum tantùm.*

*Dubium.*

II. *His duo articuli disjuncti præponuntur*, hic, vel hæc, dies, torquis: *Illis unus tantum*: hic lepus, hæc vulpes.

*Sunt tamen nonnulla Promiſcua etiam generis incerti inter maſculinum, & fœmininum, cujuſmodi ſunt:* dama, talpa, lynx, grus, *& pauca alia. Hæc enim cùm modò ſint generis fœminini, modò maſculini, manente eâdem ſignificatione, incerti ſunt generis. Sunt etiam promiſcua, quæ uno genere atque articulo, utrumque ſexum complectuntur.*

*Si nomina Epicœna uno articulo contenta, maſculini tantum aut fœminini ſunt generis;*

*quæ*

*quo igitur pacto, dicet aliquis, mares, à fœminis aut contra fœminæ à maribus diſcernentur? Addito vocabulo maris, vel fœminæ hoc modo:* Elephas mas, Elephas fœminina. Tigris mas, tigris fœmina. Lepus mas, lepus fœmina. *Ad eundem modum*, Mus, piſcis, rana, polypus, cancer, corvus, teſtudo, balæna, anguis, *& cætera animalia hujus generis. Dices itaque ſi res tulerit*, te leporem fœminam ſagittis confixiſſe.

## DE NOMINUM DECLINATIONE.

NOmina compoſita ferè inſtar ſimplicium declinantur. In compoſitis, rectus tantùm caſus declinatur.

Ut Tribunusplebis, Tribuniplebi, Tribunoplebis, Tribunumplebis, &c. *Huc ſpectant* Senatusconſultum, Juriſperitus, Paterfamilias, *atque alia ejuſdem generis.*

Si nomen ex duobus rectis copuletur, uterque declinabitur; *Reſpublica, Jusjurandum, Reipublicæ, Rempublicam; Jurisjurandi, &c.*

*Excipitur* Alteruter, *cujus poſterior tantum pars declinatur; excepto genetivo ſingulari, qui utroque modo declinatur.* Alterutrius, & Alteriusutrius.

Nomina neutra tres caſus habent ſimiles, Nominandi, Accuſan-

di, & Vocandi; qui numero multitudinis, a, litterâ terminatur, præter *Ambo & duo.*

Vocativus ſingularis Quartæ, & Quintæ declinationis, ſimilis eſt nominativo; *Senſus, ô ſenſus; Dies, ô dies.*

Nominativus, & Vocativus multitudinis ſimiles ſunt; *Muſæ, ô Muſæ; Virtutes, ô Virtutes.*

Dativus vel Ablativus, numeri pluralis ſimiles ſunt; *Muſis, à Muſis; Virtutibus, à Virtutibus.*

APPENDIX.

Unimanus, Centimanus, *& cætera ex* manus *compoſita, velut &* Capricornus, *ſunt ſecundæ declinationis.* Ex portu, *fit* angiportum. *Plinius etiam ait, hic* angiportus, *ſecundæ eſſe formæ; apud Ciceronem tamen quartæ eſt.*

## PRIMA DECLINATIO.

Primæ declinationis nomina, in a, as, es, exeunt. Quæ a litterâ terminantur, tum Græca, tum Latina ſunt, ut *Maia, Ægina, Victoria, Familia.*

Quæ in as, & es ſyllabas exeunt, Græca tantùm, ut *Æneas, Anchiſes:* & declinantur hoc modo.

*Nominativo* Æneas, *Genitivo* Æneæ, *Dativo* Æneæ, *Accuſativo* Æneam, *Vocativo* ô Ænea.

*Nominativo* Anchiſes, *Genetivo* Anchiſæ, *Dativo* Anchiſæ, *Accuſativo* Anchiſen, *Vocativo* ô Anchiſæ.

## APPENDIX

*Priſcis temporibus genitivus ſingularis Latinis in as, ſyllabam terminabatur, unde etiam nunc dicitur,* Paterfamilias, Materfamilias, Filiusfamilias.

II.

Aulai, pictai, *& his ſimiles interrogandi caſus interdum apud Poëtas leguntur, pro* aulæ, pictæ, *Virgilius, lib.* 9. Dives equûm, dives pictai veſtis, & auri.

III.

A Maja, Ægina, *& aliis hujuſmodi Græcis nominibus fœmininis accuſativus per an ſyllabam aliquando apud Poëtas exit, ut* Maian, Æginan.

*Veteres Græcas poſitiones formidantes, malebant Latinâ forma dicere* Soſia, Birria, Clinia, Geta, Sarmata, Poëta, *quàm* Soſias, Birrias, Clinias, Getes, Sarmates, Poëtes: *Hoc idem docet Quintil. lib.* 7. *cap.* 4. *Ne in* e, *quidem, atque* s, *litteras exire temerè maſculina Græca nomina recto caſu patiebantur: ideóque & apud Cœlium legimus,* Pelia cincinatus; *& apud Meſſalam,* Benefecit Euthia; *& apud Ciceronem,* Herma-

magora. *Ne miremur, quòd ab antiquorum pleriſque* Ænea, *&* Anchiſe, *ſit dictum.*

*Multa Es, ſyllabâ finita, etiam tertiæ declinationis fiunt, maximè apud Oratores, ut* Euripides, dies, Oreſtes, Pilades, Herodes, Timarchides, *& alia id genus, unde exit accuſativus in* em.

*Vocativus ſimilis eſt nominativo,* ô Muſa, ô Maia. *Græca* s, *litteram deponunt*, ô Ænea, ô Anchiſe.

*Dativus multitudinis Is, ſyllabâ finitur; præter* duabus, ambabus, deabus, *& nonnulla alia ejuſdem exitûs, quæ etiam à viris doctis, ſexûs diſcernendi gratiâ, uſurpantur.*

*In his vocativis* Achille, Ulyſſe, Orphe, Tyde, *quibus Latini poëtæ utuntur, Dores imitantur, qui Græca* ευς *ſyllabis finita per* ης, *dicunt, pro* ὀρφεὺς, ὀρφὴς, τὸν ὀρφὴν, ὦ ὀρφῆ: τυδεὺς, τύδης, ὦ τύδη; *hoc eſt*, Orpheus, Orphes, *accuſativo* Orphea, ô Orphe; *Sic pro* Tydeus, Tydes, ô Tyde. *Eodem modo pro* Achilleus, Achilles, ô Achille; *pro* Ulyſſeus, Ulyſſes, ô Ulyſſe,

O Chreme, ô Lache, *etiam hujus ſunt ordinis, hæc enim Græci & per tertiam, & per primam declinant*, χρέμης χρέμητος, & χρέμης χρέμου, Chremes, Chremetis, & Chremes, Chremæ.

O Chremes, ô Laches, *Vocativi ſunt tertiæ declinationis.*

*Ne mireris, ſi quando apud Latinos legeris,*

ô So-

ô Socrate. *Nam Attici propria nomina, primæ declintionis contractorum, ut* σωκρά-της, Socrates, *accuſandi, & vocandi c ſ.i, inſtar nominum primæ declinant,* τὸν σωκρά-την, Socratem ὦ σωκράτη, ô Socrate.

## NOMINA, E, LITERA FINITA ſecundæ declinationis Græcorum, ſic declinatur.

*Nominativus* Muſice, *Genitivo* Muſices, *Dativo* Muſice, *Accuſativo* Muſicen, *Vocativo* ô Muſice, *Ablativo* à Muſice: *Numero plurali Latinam declinationem ſequuntur.*

*Ad hunc modum declinantur* Maſtiche, Grammatice, Rhetorice, Dialectice, Aritmetice, Libye, *quorum ultima vocalis ſi in* a, *litteram mutetur, Latinè declinantur, ut* Grammatica, Grammaticæ, &c.

Adam, Abraham, *& alia ejuſdem poſitionis peregrina, duos tantùm caſus Interrogandi & Dandi primæ Declinationis admittunt.* Adæ, Abrahæ, *ceteri peregrinitatem retinent. Qui verò hæc latinitate donare volunt,* Adamus, Abrahamus, *declinant.*

## SECUNDA DECLINATIO.

*Latina nomina ſecundæ Declinationis in ſyllallabas, er, ur, us, um, exeunt, ut* Faber, vir, ſatur, populus, præmium.

*Græca, in os, on, eûs,* Delos, Androgeos, Pelion, Tydeûs.

*Genitivus ferè eſt æqualis nominativo ſyllaba-*

*labarum numero*, ut Populus, populi: *præter* Iber, Iberi: Celtiber, Celtiberi: Armiger, armigeri: Signifer, Signiferi: Liber, Liberi: Trevir, Treviri: Satur, Saturi, *& nonnulla alia.*

*Poëtæ aliquando* i, *omittunt.*

*Virg.* Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.

*Eclog. 1.* Androgeos, *non ſolùm* Androgei, *ſed etiam* Androgeo, *more Attico, facit genitivo.*

*Accuſativus à Græcis in os*, s, *litteram mutat in* n, *ut* Delos Delon: Menelaos, Menelaon: Athos, Athon, *vel* Atho, *more Attico.*

*Vocativus ſimilis eſt Nominatvo*, ô Vir, ô Deus.

## EXCEPTIO I.

*Cætera nomina, us, ſyllabâ finita, mutant us, in* e, *ut* populus, ô popule: fluvius, ô fluvie: tabellarius, ô tabellarie. *Præter* Filius, *& nomina propria in ius, quæ us ſyllabam deponunt*, ô fili, ô Antoni, ô Pompei, præter Pius, ô Pie. *Cic. ad Octavium:* Quantum te, popule Romane, de me fefellit opinio.

## II.

*Græca, quæ in ευς, ους hoc eſt, us, diphthongum exeunt, deponunt* s *nominativi, ut* Tydeus; ô Tydeu; Panthus, ô Panthu.

## APPENDIX I.

*Græca eus, ſyllabâ finita, etiam genitivo faciunt*

Digitized by Google

*ciunt eos, & accuſativo ea, maximè apud Poëtas: Sed tunc ad tertiam declinationem ſpectant, ut* Tydeus, Tydeos, Tydea: Tereus, Tereos, Terea.

II.

*Vocativus Græcorum nominum, quæ os in us mutant, etiam in* e, *litteram exit, ut* Timotheus, Pamphilus, ô Timothee, Pamphile; Antæus, Thymbræus, Ptolomæus; ô Antæe, Thymbræe, Ptolomæe.

III.

*Latini interdum vel euphoniæ cauſâ, vel Atticos imitantes, Vocativum faciunt ſimilem Nominativo:* ô populus, ô fluvius, ô meus.

*Livius.* Audi tu populus Albanus. 1. *ab Urbe.*

*Virgil.* Projice tela manu ſanguis meus. *Æn. 6.*

*Idem.* Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum, Adſit ô tandem. *Æn. 8.*

*Nominativus multitudinis,* i, *litterâ terminatur, ut* Captivi, dei *vel* dii.

*Priſcis temporibus, ei, diphthongo terminabatur, ut* Captivei,

*Dativus pluralis, is, ſyllabâ finitur ut;* Captiveis, deis, *vel* diis.

Di, *etiam*, & Dis *frequenter utuntur Poëtæ.*

*Eus, diphthongo terminata ſunt quàm plurima, ut* Orpheus, Theſeus, Perſeus, Pentheus, Typhoëus &c. *Quæ apud Græcos*

quintæ

*quintæ ſunt declinationis, quæ tertiæ noſtræ reſpondet. Apud noſtros tamen (excepto interrogandi, & accuſandi caſu, quibus etiam interdum more Græcorum utuntur, item vocandi, qui ferè Græco ritu exit) hæc ferme ſecundi ſunt ordinis.*

Perſeus *etiam declinatur* Perſe, Perſis, Perſi, Perſen *vel* Perſem, ô Perſes, à Perſe, *ut* Achilles, Ulyſſes; *quorum genitivus* Achillei, Ulyſſei, *à nominativo* Achilleus, Ulyſſeus *fit.*

E, *in inobliquis horum nominum corripitur, niſi more Ionico declinentur. Tunc enim non* ε, *ſed* η, *habent. Adjectiva verò, quæ ſiunt à nominibus in eus, habent penultimam longam, ut* Achilleus, a, um; Pentheus, a, um, &c.

Achilli, & Ulyſſi, *genitivi ſunt poëtis uſitati.*

Iber, *etiam tertiæ declinationis eſt, diciturque à regione* Iberiæ, *quæ juxta Pontum eſt inter Colchos & Armeniam.*

Liber, *cum Bacchum ſignificat, aut nomen eſt adjectivum, creſcit genitivo; Item* gibber, *tum ſubſtantivum, tum adjectivum.*

O Tyrinthie, Olmîe, Evie, Sperchîe, *quæ apud Statium leguntur, quamvis ſint propria, non tamen faciunt contra præceptum. Fiunt námque à Græcis poſitionibus* Tyrinthios, Olmios, Evios, Spercheos. *Neque enim Græci Latinorum leges ſervant.*

TER-

Digitized by Google

## TERTIA DECLINATIO.

ETſi tertiæ declinationis quàm plurimæ ſunt poſitiones, genitivus tamen in is, ſyllabam exit, qui nominativo modo eſt æqualis numero ſyllabarum, *ut* navis; *modò unâ ſyllabâ longior, ut* turbo, turbinis; unedo, unedonis; *modò duabus, ut* Iter, Itineris; biceps, bicipitis; ſuppellex, ſuppellectilis.

*O.* Macedo, Macedonis; Anio, Anienis; Nerio, Nerienis.

*N.* Babylon, Babylonis; Palæmon, Palæmonis; Xenophon, Xenophontis.

*R.* Lar, Laris; Hepar, Heparis; Acer, Aceris; Mulciber, Mulciberis; Jecur, Jecoris, *vel* Jecinoris.

*As.* Calchas, Calchantis; *hic* Pallas, Pallantis; *hæc* Pallas, Palladis.

*Es.* Chremes, Chremetis *vel* Chremis; Laches, Lachetis *vel* Lachis.

*Is.* Simois, Simoentis; Pyrois, Pyroentis; Charybdis, Charybdis; Paris, Paridis.

*Os.* Rhinoceros, Rhinocerotis; Tros, Trôis; Minos, Minôis; Heros, Herôis.

*Us.* Melampus, Melampodis; Opus, opuntis; Amathus, Amathuntis.

*Ys.* Capys, Capyis; Cotys, Cotyis; Chlamys, Chlamydis.

*Ns.* Lens, Lendis; Lens, Lentis; Frons, Frondis; Frons, Frontis; Aruns, Aruntis.

*litteris finita, neutra ſunt; quibus adde* Nepete, & Suthul, Albula, *eadem ratione fœmininum eſt apud Ovidium.* Et tanto eſt Albula pota Deo: *quod etiam maſculinum reperitur apud Martialem.*

Reſpicit interdum nomen generale Poëta.
Unde ſibi meritò genus inferiora capeſſunt:
Sic volucrem ſequitur bubo, ſic flumen Iader.

*Nomen commune, ſive generale hic vocamus, quòd multa ejuſdem ſub ſe generis comprehendit, ut* avis, urbs, aqua, flumen, mons. *Poëtæ aliquando genus nominis generalis, ſuperioris, tribuunt inferiori. Virgil.* 4. *Æneid.* Soláque culminibus ferali carmine bubo Sæpe queri, *Ubi* bubo *fœmininum eſt, quia tamen generale, nimirum* avis, *ſive* volucris, *eſt fœminini, cùm apud Plinium, & Poëtas omnes, quos quid viderim, maſculinum ſit.* Jader, *neutrum eſt, quia* flumen, *nomen commune, neutrius generis eſt.* Oeta, Oſſa, Othrys, *maſculina ſunt, quia* mons, *generale nomen virile eſt.*

*Plinius quàm plurima nomina gemmarum in as, & es, ſyllabas, prima Græcorum, genere fœminino uſurpat, habitâ ratione nominis communis gemmæ.*



Digitized by Google

## DE NOMINIBUS
### incerti generis.

HÆc modò fœmineis, maribus modò juncta videbis.
Groſſus, adeps, atomus, limax, cum torque, phaſelus,
Scrobs, ſerpens, finis, cum corbe, diéſque, rubúſque.
Poſtulat hic aut hoc meritò Nar, vulgus, & Anxur.

*Nomina incerti generis vocant veteres Grammatici, quæ modò hoc, modo illo genere apud probatos ſcriptores reperiuntur.*

*Hæc à communibus duorum generum vehementer differunt; Siquidem communia maſculini, & fœminini generis ſunt, non temerè & fortuitò, ſed maſculini, cùm marem, fœminini verò, cùm fœminam ſignificant. Neque enim bos, cùm vaccam ſignificat, maſculinum adjectivum admittit; aut fœmininum, cùm bovem marem ſignificat. Illa verò ſinè ullo diſcrimine modò maſculina, modò fœminina ſunt, aut neutra, pro auctorum arbitratu modò itidem adjectivum maſculinum, modò fœmininum, aut neutrum, ſi ita gravibus auctoribus viſum ſit, recipiunt.*

**Diſcrimen Incertorum & communium.**

Dies, *etiam cùm tempus ſignificat, apud Poëtas modò maſculini, modò fœminini generis reperitur.*

## NOMINA MASCULINA apud Oratores, quibus Poëtæ interdum etiam genere muliebri utuntur.

MAſcula bubo, ſpecus, cortex, cum pumice, pulvis.
Et calx pars pedis, atque ſilex, cum margo palumbes.
Proferet hæc cautè juvenis muliebria vates.

## NOMINA FERE FOEMININA apud Oratores, & interdum maſculina, præcipuè apud Poëtas.

EST muliebre animans, volucris, cum ſtirpe, cupido.
Sardonichen comitatur onyx, grus, clunis, & ales.
Cum talpa, linter, cum dama, linxque penúſque.
Hæc maribus tribues, cinget cùm tempora laurus.

Ales, *cùm avem ſignificat, apud Ciceronem, Plinium, cæteróſque ferè fœmininum eſt:* Ales, *id eſt* velox, *adjectivum eſt omnis generis.*

Penus, *quartæ: nec dum enim ſecundæ legi.*

Penus penoris, *neutrùm eſt. Dicitur &* *hoc* penum.

Hunc

HUnc jubarem, hunc frontem, hunc pinum, nimiúmque vetuſta,
Pacuvii proavis, atavíſque utenda relinque.

## DE GENERE EPICOENO.

ARticulo ſexum quæ complectuntur utrumque,
Uno: Epicœna vocant Graji; Promiſcua noſtri.

*Hi duo verſiculi tantùm docent, quid ſit nomen Epicœnum, aut Promiſcuum; non verò cujus generis ſit. Id enim præceptiones jam traditæ docent.* Aquila *námque, exempli causâ, fœmininum eſt; quia litterâ* a, *terminatur:* milvus, *verò maſculinum, quia* us *ſyllabâ finitur: atque de cæteris eodem modo.*

*Diſcrimen Epicœnorum & communium.*

I. *Epicœna à communibus plurimùm differunt, hæc enim communia maſculini ſimul & fœminini generis ſunt; illa maſculini tantùm, aut fœminini.*

II. *Hæc maſculinum adjectivum admittunt, cùm marem ſignificante ut* civis Romanus; *fœmininum, cùm fœminam, ut* civis Romana; *Illa uno adjectivo contenta ſunt.* Vulpes *enim appellamus* callidas, lepores timidos, *ſive mares, ſive fœminas ſignificemus.*

III. *Hæ duobus articulis egent*, hic, & hæc civis: *Illa uno contenta ſunt*, hic lupus & hæc vulpes.

*Itaque quamvis Epicœna marem, & fœminam ſignificant, non ideo tamen appellantur* κοινὰ, *hoc eſt, communia, ſed* ἐπίκοινα *epicœna, hoc eſt, ſubcommunia: quia licet marem, & fœminam ſignificent, uno tamen genere, articulóque id faciunt, ob eámque cauſam non ſunt planè communia.*

*Diſcrimen Epicœnorum & dubiorum.*

I. *Eſt etiam diſcrimen inter Epicœna, & ea, quæ dubii generis appellantur. Hæc enim Dubia, tum maſculinum, tum fœmininum adjectivum recipiunt, manente eâdem prorſus ſignificatione, ut* dies hodiernus, & hodierna, torquis aureus, & aurea: *Illa Epicœna unum tantùm.*

*Dubium.*

II. *His duo articuli disjuncti præponuntur,* hic, vel hæc, dies, torquis: *Illis unus tantum:* hic lepus, hæc vulpes.

*Sunt tamen nonnulla Promiſcua etiam generis incerti inter maſculinum, & fœmininum, cujusmodi ſunt:* dama, talpa, lynx, grus, *& pauca alia. Hæc enim cùm modò ſint generis fœminini, modò maſculini, manente eâdem ſignificatione, incerti ſunt generis. Sunt etiam promiſcua, quæ uno genere atque articulo, utrumque ſexum complectuntur.*

*Si nomina Epicœna uno articulo contenta, maſculini tantum aut fœminini ſunt generis; quæ*

*quo igitur pacto, dicet aliquis, mares, à fœminis aut contra fœminæ à maribus diſcernentur? Addito vocabulo maris, vel fœminæ hoc modo:* Elephas mas, Elephas fœminina. Tigris mas, tigris fœmina. Lepus mas, lepus fœmina. *Ad eundem modum,* Mus, piſcis, rana, polypus, cancer, corvus, teſtudo, balæna, anguis, *& cætera animalia hujus generis. Dices itaque ſi res tulerit,* te leporem fœminam ſagittis confixiſſe.

## DE NOMINUM DECLINATIONE.

NOmina compoſita ferè inſtar ſimplicium declinantur. In compoſitis, rectus tantùm caſus declinatur.

Ut Tribunusplebis, Tribuniplebi, Tribunoplebis, Tribunumplebis, &c. *Huc ſpectant* Senatusconſultum, Juriſperitus, Paterfamilias, *atque alia ejuſdem generis.*

Si nomen ex duobus rectis copuletur, uterque declinabitur; *Reſpublica, Jusjurandum, Reipublicæ, Rempublicam; Jurisjurandi, &c.*

*Excipitur* Alteruter, *cujus poſterior tantum pars declinatur; excepto genetivo ſingulari, qui utroque modo declinatur.* Alterutrius, & Alteriusutrius.

Nomina neutra tres caſus habent ſimiles, Nominandi, Accuſan-

di, & Vocandi; qui numero multitudinis, a, litterâ terminatur, præter *Ambo & duo.*

Vocativus ſingularis Quartæ, & Quintæ declinationis, ſimilis eſt nominativo; *Senſus, ô ſenſus; Dies, ô dies.*

Nominativus, & Vocativus multitudinis ſimiles ſunt; *Muſæ, ò Muſæ; Virtutes, ô Virtutes.*

Dativus vel Ablativus, numeri pluralis ſimiles ſunt; *Muſis, à Muſis; Virtutibus, à Virtutibus.*

## APPENDIX.

Unimanus, Centimanus, *& cætera* ex manus *compoſita, velut &* Capricornus, *ſunt ſecundæ declinationis.* Ex portu, *fit* angiportum. *Plinius etiam ait, hic* angiportus, *ſecundæ eſſe formæ; apud Ciceronem tamen quartæ eſt.*

## PRIMA DECLINATIO.

PRimæ declinationis nomina, in a, as, es, exeunt. Quæ a litterâ terminantur, tum Græca, tum Latina ſunt, ut *Maia, Ægina, Victoria, Familia.*

Quæ in as, & es ſyllabas exeunt, Græca tantùm, ut *Æneas, Anchiſes*: & declinantur hoc modo.



Digitized by Google

*Nominativo* Æneas, *Genitivo* Æneæ, *Dativo* Æneæ, *Accuſativo* Æneam, *Vocativo* ô Ænea.

*Nominativo* Anchiſes, *Genetivo* Anchiſæ, *Dativo* Anchiſæ, *Accuſativo* Anchiſen, *Vocativo* ô Anchiſæ.

## APPENDIX

*Priſcis temporibus genitivus ſingularis Latinis in as, ſyllabam terminabatur, unde etiam nunc dicitur,* Paterfamilias, Materfamilias, Filiusfamilias.

II.

Aulai, pictai, *& his ſimiles interrogandi caſus interdum apud Poëtas leguntur, pro* aulæ, pictæ, *Virgilius, lib.* 9. Dives equûm, dives pictai veſtis, & auri.

III.

A Maja, Ægina, *& aliis hujuſmodi Græcis nominibus fœmininis accuſativus per an ſyllabam aliquando apud Poëtas exit, ut* Maian, Æginan.

*Veteres Græcas poſitiones formidantes, malebant Latinâ forma dicere* Soſia, Birria, Clinia, Geta, Sarmata, Poëta, *quàm* Soſias, Birrias, Clinias, Getes, Sarmates, Poëtes: *Hoc idem docet Quintil. lib. 7. cap. 4. Ne in* e, *quidem, atque* s, *litteras exire temerè maſculina Græca nomina recto caſu patiebantur: ideòque & apud Cœlium legimus,* Pelia cincinatus; *& apud Meſſalam,* Benefecit Euthia; *& apud Ciceronem,* Herma-

magora. *Ne miremur, quòd ab antiquorum pleriſque* Ænea, *&* Anchiſe, *ſit dictum.*

*Multa Es, ſyllabâ finita, etiam tertiæ declinationis fiunt, maximè apud Oratores, ut* Euripides, dies, Oreſtes, Pilades, Herodes, Timarchides, *& alia id genus, unde exit accuſativus in* em.

*Vocativus ſimilis eſt nominativo,* ô Muſa, ô Maia. *Græca* s, *litteram deponunt,* ô Ænea, ô Anchiſe.

*Dativus multitudinis Is, ſyllabâ finitur; præter* duabus, ambabus, deabus, *& nonnulla alia ejuſdem exitûs, quæ etiam à viris doctis, ſexûs diſcernendi gratiâ, uſurpantur.*

*In his vocativis* Achille, Ulyſſe, Orphe, Tyde, *quibus Latini poëtæ utuntur, Dores imitantur, qui Græca* ευς *ſyllabis finita per* ης, *dicunt, pro* ὀρφεὺς, ὀρφὴς, τὸν ὀρφὴν, ὦ ὀρφὴ: τυδεὺς, τύδης, ὦ τύδη; *hoc eſt,* Orpheus, Orphes, *accuſativo* Orphea, ô Orphe; *Sic pro* Tydeus, Tydes, ô Tyde. *Eodem modo pro* Achilleus, Achilles, ô Achille; *pro* Ulyſſeus, Ulyſſes, ô Ulyſſe,

O Chreme, ô Lache, *etiam hujus ſunt ordinis, hæc enim Græci & per tertiam, & per primam declinant,* χρέμης χρέμητος, *&* χρέμης χρέμου, Chremes, Chremetis, *&* Chremes, Chremæ.

O Chremes, ô Laches, *Vocativi ſunt tertiæ declinationis.*

*Ne mireris, ſi quando apud Latinos legeris,* ô So-

ô Socrate. *Nam Attici propria nomina, primæ declintionis contractorum, ut* σωκράτης, Socrates, *accuſandi, & vocandi c ſi, inſtar nominum primæ declinant,* τὸν σωκράτην, Socratem ὦ σωκράτη, ô Socrate.

## NOMINA, E, LITERA FINITA ſecundæ declinationis Græcorum, ſic declinatur.

*Nominativus* Muſice, *Genitivo* Muſices, *Dativo* Muſice, *Accuſativo* Muſicen, *Vocativo* ô Muſice, *Ablativo* à Muſice: *Numero plurali Latinam declinationem ſequuntur.*

*Ad hunc modum declinantur* Maſtiche, Grammatice, Rhetorice, Dialectice, Aritmetice, Libye, *quorum ultima vocalis ſi in* a, *litteram mutetur, Latinè declinantur, ut* Grammatica, Grammaticæ, &c.

Adam, Abraham, *& alia ejuſdem poſitionis peregrina, duos tantùm caſus Interrogandi & Dandi primæ Declinationis admittunt.* Adæ, Abrahæ, *ceteri peregrinitatem retinent. Qui verò hæc latinitate donare volunt,* Adamus, Abrahamus, *declinant.*

## SECUNDA DECLINATIO.

*Latina nomina ſecundæ Declinationis in ſyllallabas, er, ur, us, um, exeunt, ut* Faber, vir, ſatur, populus, præmium.

*Græca, in os, on, eûs,* Delos, Androgeos, Pelion, Tydeûs.

*Genitivus ferè eſt æqualis nominativo ſyllaba-*

*labarum numero*, ut Populus, populi: *præter* Iber, Iberi: Celtiber, Celtiberi: Armiger, armigeri: Signifer, Signiferi: Liber, Liberi: Trevir, Treviri: Satur, Saturi, & *nonnulla alia*.

*Poëtæ aliquando* i, *omittunt*.

*Virg.* Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.

*Eclog.* 1. Androgeos, *non ſolùm* Androgei, *ſed etiam* Androgeo, *more Attico, facit genitivo*.

*Accuſativus à Græcis in os, s, litteram mutat in* n, *ut* Delos Delon: Menelaos, Menelaon: Athos, Athon, *vel* Atho, *more Attico*.

*Vocativus ſimilis eſt Nominatvo*, ô Vir, ô Deus.

## EXCEPTIO I.

*Cætera nomina, us, ſyllabâ finita, mutant us, in* e, *ut* populus, ô popule: fluvius, ô fluvie: tabellarius, ô tabellarie. *Præter* Filius, & *nomina propria in ius, quæ us ſyllabam deponunt*, ô fili, ô Antoni, ô Pompei, præter Pius, ô Pie. *Cic. ad Octavium*: Quantum te, popule Romane, de me fefellit opinio.

## II.

*Græca, quæ in ous, ovs hoc eſt, us, diphthongum exeunt, deponunt* s *nominativi, ut* Tydeus; ô Tydeu; Panthus, ô Panthu.

## APPENDIX I.

*Græca eus, ſyllabâ finita, etiam genitivo faciunt*

*ciunt eos, & accuſativo ea, maximè apud Poëtas: Sed tunc ad tertiam declinationem ſpectant, ut* Tydeus, Tydeos, Tydea: Tereus, Tereos, Terea.

II.

*Vocativus Græcorum nominum, quæ os in us mutant, etiam in* e, *litteram exit, ut* Timotheus, Pamphilus, ô Timothee, Pamphile; Antæus, Thymbræus, Ptolomæus; ô Antæe, Thymbræe, Ptolomæe.

III.

*Latini interdum vel euphoniæ causâ, vel Atticos imitantes, Vocativum faciunt ſimilem Nominativo:* ô populus, ô fluvius, ô meus.

*Livius.* Audi tu populus Albanus. *1. ab Urbe.*
*Virgil.* Projice tela manu ſanguis meus. *Æn. 6.*
*Idem.* Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum, Adſit ô tandem. *Æn. 8.*

*Nominativus multitudinis, i, litterâ terminatur, ut* Captivi, dei *vel* dii.

*Priſcis temporibus, ei, diphthongo terminabatur, ut* Captivei,

*Dativus pluralis, is, ſyllabâ finitur ut;* Captiveis, deis, *vel* diis.

DI, *etiam*, & DIS *frequenter utuntur Poëtæ.*

*Eus, diphthongo terminata ſunt quàm plurima, ut* Orpheus, Theſeus, Perſeus, Pentheus, Typhoëus &c. *Quæ apud Græcos quintæ*

Digitized by Google

## TERTIA DECLINATIO.

ETſi tertiæ declinationis quàm plurimæ ſunt poſitiones, genitivus tamen in is, ſyllabam exit, qui nominativo modo eſt æqualis numero ſyllabarum, *ut* navis; *modò unâ ſyllabâ longior, ut* turbo, turbinis; unedo, unedonis; *modò duabus, ut* Iter, Itineris; biceps, bicipitis; ſuppellex, ſuppellectilis.

*O.* Macedo, Macedonis; Anio, Anienis; Nerio, Nerienis.

*N.* Babylon, Babylonis; Palæmon, Palæmonis; Xenophon, Xenophontis.

*R.* Lar, Laris; Hepar, Heparis; Acer, Aceris; Mulciber, Mulciberis; Jecur, Jecoris, *vel* Jecinoris.

*As.* Calchas, Calchantis; *hic* Pallas, Pallantis; *hæc* Pallas, Palladis.

*Es.* Chremes, Chremetis *vel* Chremis; Laches, Lachetis *vel* Lachis.

*Is.* Simois, Simoentis; Pyrois, Pyroentis; Charybdis, Charybdis; Paris, Paridis.

*Os.* Rhinoceros, Rhinocerotis; Tros, Trôis; Minos, Minôis; Heros, Herôis.

*Us.* Melampus, Melampodis; Opus, opuntis; Amathus, Amathuntis.

*Ys.* Capys, Capyis; Cotys, Cotyis; Chlamys, Chlamydis.

*Ns.* Lens, Lendis; Lens, Lentis; Frons, Frondis; Frons, Frontis; Aruns, Aruntis.

*Ps.* Auceps, aucupis; Anceps, Ancipitis; Gryphs, Gryphis; Stirps, Stirpis.

*Rs.* Lars, Lartis, rex Veientium; Concors, concordis.

X. Aſtyanax, Aſtyanactis; Arx, Arcis; Merx, Mercis; Vervex, Vervecis; Lynx, Lyncis; Rex, Regis; Lex, Legis, Nex, Necis; Fæx, Fæcis; Nix, Nivis; Pix, Picis; Nox, Noctis; Atrox, Atrocis; Nux, Nucis.

## GENITIVUS GRÆCUS in Os.

GRæco genetivo Os, ſyllabâ finito, interdum utuntur Latini, ut Metamorphoſis, Metamorphoſeos; Decapolis, Decapoleos; Tanis, Taneos; Tethis, Tethyos; Erimanthis, Erimanthidos.

## GRÆCUS GENITIVUS in Us.

M*Anto, Calliſto, Alecto, Calypſo, & cætera id genus græca, us, faciunt genitivo, ut* Mantûs, Calypsûs.

*Priſci*, Calypſonis, Jonis, *declinabant; poſteri* Calypsûs, Jûs, Mantûs.

Turbo, turbonis, *nomen gladiatoris eſt.*

*Priſci* Itiner, itineris, *dixerunt.* Iter *enim* iteris *faciebat.*

*Vetuſtiſſimi* Ancipes, Bicipes, Tricipes, *dicebant: unde ſuperſunt genitivi*: Ancipitis, Bicipitis, Tricipitis.

Sup-

Suppellectilis, *etiam iidem nominandi caſu dicebant.*

*Græca, in as, maſculina, faciunt, antis genitivo, fœminina verò, adis, ut* Lampas, Lampadis, *quibus* Arcas, *proprium viri, & gentile additur. Priſci Latini* Calchas, antis, *vel* Calcha, chæ: *declinabant.*

*Græco genitivo in dos frequenter utuntur Poëtæ, ut* Erymanthidos, Phoronidos, Buſiridos, Tethyos, &c.

## ACCUSATIVUS.

ACcuſativus exit in em, ut *Sermonem.*

### EXCEPTIO I.

Buris, cucumis, plevis, ravis, ſecuris, ſitis, tuſſis, vis, *in* im, *exeunt.*

### II.

Febris, navis, puppis, clavis, reſtis, turris *in* em, *vel* im *terminatur.*

## ACCUSATIVUS GRÆCUS.

GRæcus Accuſativus exit in a, ut *Hectora, Calchanta, aëra, æthera.*

### EXCEPTIO I.

*Græco* o, *litterâ finita, habent accuſativum ſimilem nominativo, ut* Manto, Calypſo, Alecto.

### II.

*Græca is, ſyllabâ finita, quæ apud Latinos genitivum habent ſimilem nominativo, hoc eſt,*

*quorum genitivus apud Græcos in os, exit, nullâ præcedente conſonante Accuſativum faciunt* in *Græcè, vel* im *Latinè, ut* Charybdis, Charybdin, *vel* Charybdim.

*Ys finita, frequentiùs in yn, quàm in ym, exeunt, ut* Thetys, Thetyn; Cotys, Cotyn; Halys, Halyn, *vel* Halym.

*Qui verò genitivo creſcunt, neque accentum habent in ultima, in* in, *vel* im, *vel* em, *exeunt, ut* Paris, Paridis, Parin, *vel* Parim, *vel* Paridem; Iris, Iridis, Irin, *vel* Irim, *vel* Iridem; Iſis, Iſidis, Iſin, *vel* Iſim, *vel* Iſidem; *quæ etiam in* a, *apud Græcos exeunt, ut* Parida, &c.

Paris, Iſis, *& cætera, quorm ultima non habent accentum, lingua quidem Græcorum communi accuſativo,* a, *faciunt*, Parida, Iſida, *Iones verò hiatùs amantes, conſonante ſubtractâ.* Parios, Iſios, *declinant. Inde* Parin, Iſin, *Latini*, n, *in* m, *mutantes*, Parim, Iſim. *Quæ autem apud Græcos accentum habent in ultima, in* a, *tantùm deſinunt, ut* ἀμαρυλλὶς, τιτανὶς, Amaryllida, Titanida.

## VOCATIVUS.

Vocativus ſimilis eſt nominativo, ô Sermo, *hæc* Pallas, ô Pallas, ô Socrates, ô Chremes, ô Achilles, ô Heros, ô Chlamys. O Socrate, Chreme, Achille, Ulyſſe, *ad primam ſpectant.*

## EXCEPTIO.

*Græca, quæ in* is, *vel* ys, *exeunt, neque habent*

*bent accentum in ultima, apud Græcos deponunt* s, *nominativi*, Mœri, Iri, Pari, Thety. *Et apud Poëtas fœminina in* is, *quorum genitivus exit in* dis, *quamvis accentum habeant in ultima*, ô Amarilli, Tyndari, Oebaldi.

*Item propria in* as, *quorum genitivus exit in* antis, *apud eoſdem Poëtas deponunt* s, ô Palla, ô Calcha.

*Præterea, quæ ante* s, *habent diphthongum, ferè* s, *litteram abjiciunt, ut* Simoes, Tydeus, Melampus, ô Simoi, Tydeu, Melampu, *quæ omnia apud Atticos, vocativum ſimilem habent nominativo* ô Paris, Calchas, Simois, Melampus, *intertum imitantur Latini.*

Pallas, Calchas, *& cætera hujus formæ, apud Græcos* an, *faciunt vocativo*, ô Pallan, ô Calchan, *Poëtæ abjiciunt* n, ô Palla, ô Calcha.

## ABLATIVUS.

A*Blativus exit in* e, à teſte, duce, hoſpite, paupere, pubere, ſoſpite.

## EXCEPTIO I.

*Nomina, quorum accuſativus exit in* in *vel* im, *Neutra in* al, ar, e: *Nomina Menſium Adjectivum, cujus neutrum* e *litterâ terminatur*, i *poſtulant, ut* Charybdi, ſiti, animali, calcari, monili, ſeptembri, brevi.

*Quibus accedunt*, Pluri, ſtrigili, canali, memori. Far, nectar, hepar, jubar, *e, contenta ſunt, item* gauſape, Soracte, Præneſte, Reate; *& cætera locorum propria hujus*

*poſitionis, ſi tamen huc ſpectant: Sunt enim pleraque declinationis expertia.*

II.

I, *vel* e, *petunt cætera adjectiva & ſubſtantiva, quorum accuſativus in* em, *&* im *deſinit, ut* à felice, *vel* felici, ingente *vel* ingenti, nave *vel* navi.

*Quibus addes,* amnis, ignis, imber ſuppellex, vectis.

APPENDIX I.

*Appellativa adjectivis ſimilia, leges adjectivorum fermè ſequuntur, ut* familiaris, annalis, bipennis, triremis, affinis; à familiari, annali, ſodali, &c. Tridens, à Tridente, *vel* tridenti.

*Sin verò propria ſint,* e *tantùm poſtulant, ut* Martialis, Juvenalis, Felix, Clemens, Melior, à Martiale, Juvenale, &c.

II.

*Pleraque adjectiva, quæ in litteras,* ns, *exeunt, ferè,* e, *contenta ſunt, ut* Prudens, imprudens, à prudente imprudente.

*Participia in* e, *exeunt, ut* abſente, præſente, audiente. *Cicer. in Ver.* illa Deos, hominéſque implorante, iſte infanti pupillæ fortunas patrias ademit. *Lib. 2.*

*Interdum etiam in* i, *ſed tunc ferè in nomina tranſeunt, ut* excellenti, libenti.

*Comparativa nomina multò uſitatiùs in* e, *litteram, quàm in* i, *exeunt, ut* Superiore, faciliore, uberiore.

Quo

Quorum accuſativus exit in *in*, vel *im*, ablativus *i*, litterâ finitur, ut *Charibdi*, *Hiſpali*, *Ligeri*, *cannabi*, *Beti*, *cucumi*. Juven. ſat. 5. *Sæva dignum veráque Charibdi. Bete tamen* & *cannabe quoque dicitur.*

*Victrix*, quo jure habet *victricia*, eodem habet, *victrici* Lucan. 1. l. *In ſua victrici converſum viſcera dextra*. *Ultrici* etiam dicetur, quia habet *ultricia*. Cætera *Trix*, ſyllabâ finita, non videntur ablativo, caſu, *i*, terminari.

*Apud Ovidium*, cœleſte, perenne, bimeſtre, *pro* cœleſti perenni, bimeſtri, *leguntur*.

Rudis, *virga*, *qua emeriti gladiatores donabantur*, e *facit apud Horatium*.

Spectatum ſatis, & donatum jam rude quæris,
Mæcenas iterum antiquo me includere ludo.

## CASUS MULTITUDINIS.

NOminativus pluralis exit in es, ut *Sermones*, *Delphines*, *Troës*.

## GENITIVUS PLURALIS.

G*Enitivus multitudinis in um*, *ſyllabam exit*, *ut* Juvenum, canum, panum, vatum, majorum. *Eodem modo cætera comparativa*.

## EXCEPTIO.

I. *In ium exeunt*, *quæcunque litteris*, ns, *finiuntur*, *ut* Serpentium, præſentium.

II. *Item* s, *litterâ terminata, quæ genitivo non creſcunt, ut* Collis, collium. Cladis, cladium.

III. *Et quorum ablativus in* i, *aut* e, *&* i, *exit, ut* Diœceſium, ſyrtium, animalium, plurium, navium, felicium.

IV. *Quibus adde* Samnitium, lintrium, cohortium, utrium, ventrium, fornacium.

V. *Ad hæc monoſyllabâ, quæ in duas conſonantes, exeunt, ut* Trabs, ſpes, pars, arx, merx: trabium, ſæpium, partium, arcium, *&c.*

VI. *Quibus accedunt* As, aſſis, glis, lis, mus, ars, nix, nox, os, fauces, faucium, alpes, alpium, *& ſi qua alia ſunt à viris doctis uſurpata.*

HINC RURSUS EXCIPIUNTUR.

PArens degener, inops, memor, ſupplex, vetus, uber, lynx, crux, lex, nux *& alia, quorum genitivus exit in um, quæ progrediente tempore, te rerum omnium magiſter uſus ſinè faſtidio docebit.*

*Quædam modò in ium, modò in um, exire ſolent, ut* paludium, paludum, fornacium, fornacum; volucrium, volucrum, *&c.*

GENITIVUS GRÆCUS.

G*Enitivus Græcus exit in* ω *hoc eſt, per* o, *magnum*, *ut* Epigrammaton, hæreſon.

DA-

## DATIVUS PLURALIS.

D*ativus in ibus exit, ut* Sermonibus: Bos *tamen*, bobus, aut bubus *facit. Græca à neutris in* a, *in* is *ſyllabâm frequentiùs exeunt*, peripetaſmatis, emblematis, poëmatis, & poëmatibus, diplomatis, & diplomatibus.

Celſus, *ut ait Priſcianus lib. 7. arbitratur dativos Græcos, Is ſyllabâ finitos, eſſe à nominativis in um*, peripetaſmatum, emblematum, *&c.*

## ACCUSATIVUS PLURALIS.

A*ccuſativus multitudinis in es, ſyllabam exit, ut* Sermones: *Ecce & in is vel eis, cum genitivus certorum nominum deſinit in ium, ut* omnis, urbis, *vel* omneis, urbeis; *uter alteri ſit præferendus, judicabunt aures.*

CAſus plurales nominandi, accuſandi, & vocandi, neutri generis in *a*, deſinunt, ſi ablativus in *e*, tantùm exit, *ut* tempora: *Siñ verò* i, *aut* e, *&* i, *terminetur, tunc in* ia, *deſinent, ut* vectigalia ingentia.

*Præter comparativa: item* Vetus, plus, *quæ in* a *exeunt*, Majora, Vetera, Plura.

## GRÆCUS ACCUSATIVUS.

A Ccuſativus Græcus in as, definit. *ut* Delphinas, Troas, Crateras: *Virg. Eclog. 8. Orpheus in ſylvis, inter Delphinas Arion.*

Non omnium, quorum genitivus pluralis exit in *ium*, accuſativus pluralis deſinit in *is*: ſed ut Priſcanus docet, quæ genitivum habent ſimilem nominativo, ut *Omnis, dulcis, navis, turris.* Et quæ pluraliter tantùm declinantur, ut *Manes, manium, tres, trium.* Item *er*, ſyllabâ finita: quorum ablativus exit in *i*, ut *Acer, ſaluber, imber, December.* Præterea quæ in *ns, rs,* deſinunt, ut *Fons ingens, pars, urbs.* Alia verò rarò accuſandi caſu plurali in *is*, vel *eis*, exeunt, Legimus & *compluris, litis, pluris.*

## QUARTA DECLINATIO.

Genitivus ſingularis quartæ declinationis exit in us, ſyllabam, ut Senatus, anus.

*Priſci* ſenatuis, anuis, *dicebant: apud quos etiam* i, *litterâ hic caſus terminabatur, ut* ornati, tumulti. *Unde Terent. more priſco,* Ejus anuis cauſa dixit. *Et.* Nihil ornati nihil tumulti.

*Dativus in* ui, *exit,* Senatui, anui.

*Priſcis ſæculis etiam in* u, *exibat, Unde Virgil.* Parce metu Cytherea.

*Dativus multitudinis in* ibus, *ut* ſenſibus.

## EXCEPTIO.

Arcus, artus, lacus, partus, ſpecus, tribus, *in ubus exeunt,* Lacubus, ſpecubus

bus, tribubus. Portus, *in ibus & ubus.* Quæſtibus, *à quæror, multò uſitatius eſt, quàm* quæſtubus.

*Addunt quidam* Acubus, ficubus, quærcubus, *Celſus l. 7. c. 19. ter.* Acubus *uſus eſt. Non tamen* ficubus, *multò minus* ficibus, *dixerim; ſed* ficis *tantùm ſive de arbore, ſive de fructu ſit ſermo. Nam* ficus, fici, *ſecundæ declinationis utrumque ſignificat. Plinius lib. 16. c. 25.* In ficis mirabiles ſunt & abortus, qui nunquam matureſcunt.

## QUINTA DECLINATIO.

C*Aſus interrogandi ſingularis, Quintæ declinationis in* ei, *literas diviſas exit, ut* diei. *Apud antiquos in* es, *ſive* e, *exibat.*

*Unde Virgil.* Libra die, ſomniqúe pares ubi fecerit horas. *Et Ovidius:* Prima fide, vocíſque ratæ tentamina ſumpſit. *Exiit & in duplex ii, Virgil.* Munera lætitiámque dii.

*Caſus interrogandi dandi, ſextúsque multitudinis, præter* Rerum, rebus; dierum, diebus, *inuſitati ſunt. Cicero non eſt auſus* ſpecierum, ſpeciebus *dicere: non tamen negat poſſe Latinè dici.*

## SYNCOPE.

OMnium ferme declinationum interrogandi caſus multitudinis, interdum maximè à Poëtis,

im-

imminuuntur: quam imminutionem Græci Syncopen vocant.

*Prima.* Cælicolûm, Æneadûm, Auſonidûm, Trojugenûm, *pro* Cælicolarum, Æneadarum, &c.

*Secunda.* Liberûm, nummûm, ſeſtertiûm, fabrûm, deûm, *&c. pro* liberorum, nummorum, *&c.*

*Tertia.* Cladûm, cædûm, veprum, cæleſtûm, agreſtûm, potentûm, furentûm, *pro* cladium, cædium, veprium, cæleſtium, agreſtium, potentium, furentium, *quæ & alia ejuſdem generis non facilè apud Oratores reperientur. Macedûm, pro Macedarum eſt prima, Macedonum tertia.*

## APPENDIX I.

*Genitivus imminutus, à nominibus ſubſtantivis* as, *ſyllabâ finitis, uſitatior eſt, quàm plenus, ut* Civitatum, *quàm civitatium.*

## II.

*Quidam genitivi tum pleni tum imminuti ſunt uſitati, etiam apud Oratores, ut* Apium, *&* apum; ſerpentium, *&* ſerpentum; Quiritium, *&* Quiritum; Optimatium, *&* Optimatum; Locupletium, *&* Locupletum.

*Primæ declinationis nomina, quæ imminuuntur, aut ſunt Patronymica, ut* Æneades, Dardanides, Auſonides, *aut compoſita ex verbis, ut* Cælicola, Trojugena, Grajugena; *exempla crebra ſunt apud Virgilium & alios Poëtas.*



Digitized by Google

*Secundæ declinationis, non ſolum ſubſtantiva imminuuntur, ut* Sociûm, denoriûm, divûm, *ſed etiam adjectiva, ut* meûm, magnanimum, *præcipuè quæ diſtributiva appellantur, ut* quinum, ſenûm, ſeptenûm, denûm: *Idque etiam apud Oratores.*

## ANOMALA, SIVE inæqualia.

ANomala, ſive inæqualia vocantur, quæ aut numero, aut genere, aut declinatione, aut caſu, aut aliquo alio attributo deficiunt.

## NUMERO INÆQUALIA.

QUædam ſingulari numero tantùm declinantur, ut *Aurum, nemo, aër.*

*Quædam plurali ſolùm, ut* Cani, Canorum; Penates, penatium; Caſtra, calendæ, mænia, ium, ibus.

## GENERE INÆQUALIA.

QUædam ſingulari numero ſunt maſculina, plurali neutra; ut *Sibilus, Sibila; Balteus, Baltea.*

*Quædam ſingulari fæminina; plurali neutra, ut* Carbaſus, carbaſa.

Quæ-

*Quædam ſingulari neutra; plurali maſculina, ut* Argos, argi, argorum.

## DECLINATIONE inæqualia.

VAs, vaſis, *ſingulari numero eſt tertiæ declinationis; plurali ſecundæ, ut* Vaſa, vaſorum, vaſis.

Jugerum, jugeri, *contrà numero ſingulari ſecundi eſt ordinis; plurali tertii;* jugera, jugerum, jugeribus: *interdum &* jugeris *genitivo ſingulari, &* jugere, *ablativo legitur.*

## CASU INÆQUALIA.

QUædam non declinantur in caſus; *ut* frugi, nihili, pondo, *quod numerum pluralem tantùm habet, cùm libram ſignificat: item* quatuor, quinque, *& cætera uſque ad centum, quæ* aptôta, *ſive* monoptôta, *appellantur.*

*Quædam vocativo carent, cujusmodi ſunt Interrogativa, ut* Quis? Qualis? *Relativa, ut* Qui, quæ, quod. *Negativa, ut* Nemo nullus: *Partitiva pleraque; ut* Quidam, ullus, alius, *Pronomina etiam ( præter* Tu, meus noſter, noſtras*) ferme vocandi caſu deſtituuntur.*

*Quædam nominandi, interrogandi, & accuſandi caſum tantùm habent; ut* Tantundem, tantidem.

*Quædam nominativum, & vocativum, ut* Jupiter, exſpes.

*Quædam obliquos tantùm; ut* Jovis, Jovi, Jovem, à Jove.

*Quæ*

Digitized by Google

*Quædam tres ſolùm obliquos, ut* Opis, Opem, *ab* Ope.

*Quædam duos, ut* Repetundarum, *ab his* repetundis.

*Quædam unum, ut* Inficias, ſponte, natu.

*Quædam Priſcos* Vaſum, vaſi, *ſecundi ordinis unde* Vaſa, vaſorum, *Plaut. Trucul.* aut aliquod vaſum argenteum.

*Grammatici multa Anomala congerunt, quæ ſinè ulla jactura prætermitti poſſunt, maximè cum multa contra eorum præcepta apud idoneos auctores legantur. Itaque putavimus Anomalorum genera, uno aut altero poſito exemplo, attingenda: cætera uſui, ut alia multa, relinquenda.*

## DE VERBORUM PRÆTERITIS ET SUPINIS.

SImplicium leges ferme conjuncta ſequuntur.
Hinc pauca excipiam, memori quæ mente repones.

*In verborum copulatione aut Verbum, aut Præpoſitio manent integra, ut* concurro, adjungo; *aut utrumque corrumpitur, ut* colligo, allido, *aut præpoſitio manet integra, corrupto verbo, ut* excido, deprimo, *aut contrà verbum manet integrum, corruptâ præpoſitione, ut* colludo, compono.

A, in E, mutant

*Compoſita ex verbis* damno, halo, lacto, man-

mando, patro, ſacro, tracto, arceo, carpo, fallo, farcio, gradior, pario, patior, ſcando, ſpargo, *ut* condemno, anhelo, &c. *Pauca admodum retinent*, a, *ut* Exhalo, impartio, & impertio; Pertracto, retracto; *ſed hac & alia id genus, uſu diſcenda ſunt.*

## A, in I, mutant

*Compoſita ex* Amico, *ut* inimico, inimicor, aris, *ex* maneo *adjunctis præpoſitionibus*, *e*, *in*, *præ*, *pro*, *ex* taceo, placeo, habeo, lateo, fateor, *& ex* jaceo, *verbo priſco*, *ut* allicio, elicio, jacio, facio, ſapio, rapio, capio, cado, ago, frango, tango, pango, cano, ſalio, ſtatuo.

*Excipe* complaceo, perplaceo, perago, circumago, ſatago, dego, cogo, repango, *& compoſita ex* Facio, *ſi ex verbis componantur*, *ut* tepefacio, calefacio.

## A, in U, mutant

*Compoſita ex* quatio, ſalto, calco, ſcalpo; *ut* excutio, inſulto, inculco, inſculpo.

## E, in I, mutant

*Compoſita ex* Teneo, ſedeo, rego, lego, is, emo, premo, ſpecio, *verbo priſco*, *ut* aſpicio.

*Excipe*, relego, perlego, coëmo.

## U, in E, breve mutant

*Compoſita à* Juro, dejero, pejero; dejuro *tamen &* perjuro, *apud Plautum & Horatium reperiuntur.*

NON-

Digitized by Google

## NONNULLÆ DIPHTHONGI IN Vocales migrant.

### Æ, in I, longum mutant

*Compoſita ex* lædo, cædo, quæro, *ut* allido, concido, exquiro.

### Au, in O mutant

*Compoſita ex* plaudo, *ut* explodo, complodo, ſupplodo. *Excipe* applaudo.

*Compoſita ex* Claudo, *ut* excludo, concludo, *vel ſiunt à* Cludo, *nam utroque modo dicitur.*

### Au, in E. longum mutat

*Compoſitum ex* Audio, *ut* Obedio.

*Compoſita, quæ mutant* a, *in* i, *ſive* e, *in ſupino habent* e *ut* Jacio, rejicio, rejectum: Spargo, conſpergo, conſperſum.

*Excipiuntur Go, ſyllabâ finita, quæ* a, *ſimplicis ſervant in ſupino, ut* ago, frango, tango. *Ut enim dicimus* actum, *ſic* exactum: *ut* fractum, *ita* effractum. *A etiam retinent compoſita ex* cado, *ut* recaſum, incaſum, occaſum.

*Compoſita tamen ex* Habeo, *i, habent in ſupino, ut* exhibitum: *Ex* Salio & Statuo, *u, ut* inſultum, conſtitutum. *Quæ omnia his tribus verſiculis continentur.*

SImplicis *a*, retinent tum Go, finita ſupinis,
Tum cado, quæ gignit: reliquis, e, contulit uſus.

Hinc habeo, ſalio, ſtatuóque auferre memento.

*Qui verſiculi cum reliquis ſcholis poſſent etiam poſt omnium verborum tractationem explicari: reliqua videntur uſui reliquenda.*

CUm geminat primam ſimplex compôſta priorem.
Præteriti amittunt: Præter præcurro, repugno;
Quæque ſibi gignunt, ſto, do, cum poſcere, diſco.

Decurro, excurro, *interdum primam geminant.*

PRæteritis quæcunque carent, ſpoliato ſupinis,
Ut gliſco, vergo, ferio, cum polleo, vado,
Ambigo, cum ſatago, quæſo, quibus hiſco, fatiſco,
Et furit, & mœret, tum aveo, tum ringor, & ajo,
Et veſcor, liquor, medeor, reminiſcor, adauge.

IN ſuper à verbo, ſeu nomine nata, tepeſco,
Miteſco veluti, quorum de nomine lis eſt;

Aut

Digitized by Google

Aut certè capiunt à verbis, unde
trahuntur.
Adde, quibus nomen vehemens
meditatio fecit, *Ut cœnaturio, dicturio.*
Eſurit excepto. Veterum monu-
menta revolve.

*Inchoativa verba, hoc eſt, quæ actionem quidem non incipientem, ſed inchoatam ita ſignificant, ut* magìs ac magìs increſcat, *ſi à verbis fiant, ut* refrigeſco, incaleſco, *aut carent præteritis, aut certè à primogeniis ea mutuantur, ut* refrixi, incalui: *Sin à nominibus deducantur, prorſus videntur præteritis deſtitui, ut* ingraveſco, miteſco, herbeſco, ſilveſco.

Eſurio, *etiam ſupinum habet. Terent. Heaut.* Modò liceat vivere eſt ſpes. *Clin.* quæ? *S.* nos eſurituros ſatìs.

Scaturio, ligurio, abligurio, obligurio, *non ſunt meditativa, cùm diverſæ ſint & ſignificatione, & quantitate: nam* u *litteram producunt, cùm meditativa eandem corripiant.*

## PRIMA CONJUGATIO.

PRæteritum primæ facit, avi,
atúmque ſupinum.
Ut neco; nam necui, nectum, ſibi
pignora ſervant. *Ut eneco, avi, atum, & enecui, enectum.*

*Cubo, domo, crepo, veto, tono, ſono.* At cubui, domui, crepui vetuíque ſupina.

Dant in itum, ut cubitum; hæc tonui, ſonuíque ſequuntur.

*Ut diſcumbo, diſcubui, diſcubitum.* M, cubo cùm recipit, tantum tibi tertia flectet;

Aſt id præteritis expungitur, atque ſupinis.

Increpui, *malunt auctores claſſici, quàm* increpavi.

*Futurum in rus, verborum primæ conjugationis, quorum ſupinum in itum, vel ctum exit, fit tanquam à ſupino in atum, ut* cubaturus, domaturus, crepaturus, vetaturus, tonaturus, ſonaturus, fricaturus, ſecaturus.

*Nomina etiam verbalia, ut* Cubatio, edomatio, *&c.* Sectio *tamen &* frictio, *crebrò leguntur.* Domiturus, *Virg. Plin. & Claudianus ſemel uſi ſunt: uſus te plura docebit.*

*Quæ ex verbo* Cubo, *componuntur, ſi litteram* m, *admittunt, tertiæ ſunt conjugationis, ut* accumbo, decumbo, diſcumbo, incumbo, recumbo, occumbo, procumbo; *quam rurſus in præteritis, & ſupinis amittunt, ut* accubui, accubitum.

*Non tamen, prout cuique libuerit, licet* m, *litteram addere, vel adimere. Ut enim* diſcumbo, ſuccumbo, *ſemper eam retinent: ita*

*ita* excubo, ſecubo, ſupercubo, *eandem reſpuunt. Cætera & admittunt, & abjiciunt*: decumbo, *tamen &* procumbo *rariſſimè ſinè* m, *reperiuntur*.

DImicat, avi, atum; micui nil amplius optat. *Mico.*

A fricui, frictum; à ſecui, deducito ſectum. *Frico, ſeco.*

A lavi, lotum, aut lautum, nec ſperne lavatum. *Lavo.*

Ex lavo compoſitum, ceu diluo, tertia poſcit.

Potatum, à poto, ſeu potum, flectito. Juvi.

A juvo tantùm, vel capies à prole ſupinum.

Dat plicui, plicitum compôſtum poſcit utrumque. *Ut explico.*

Supplicat, avi, atum, genitúmque ex nomine ſolùm. *Ut duplico, triplico.*

Emicui, *ſemel atque iterum invenitur apud Ovidium*: Emico, emicavi, *facit ut ſimplex.*

Potus, *etiam activè accipitur. Cicero pro Milon.* Adde inſcitiam pranſi, poti oſcitantis ducis. *Idem Trebatio lib. 7.* Itaque etſi domum bene potus ſeróque redieram, tamen, &c.

Applico, *cùm ad navigationem ſpectat, ferè* applicui *facit*: Explico *verò, cùm* explanare *ſignificat*, explicavi. Replico *ferme* replicatum *habet, unde ſuſpicor præteritum* replicavi *uſitatius eſſe. Participia in rus fermè à ſupinis in atum deducuntur, à cæteris rariùs. Participia præteriti temporis in atus, & itus, exeunt*: applicatus *tamen*, & complicatus, *frequentiora ſunt, quàm* applicitus, complicitus.

*Ut vendo, condo.*

EX do, compoſitum variabit tertia: præter

*Ut venumdo, circumdo, peſſumdo, ſatisdo.*

Quæ venum, circum, peſſúmque ſatíſque creârunt.

Do, dedit, atque datum: verùm didit omne ditúmque

Exigit, ut vendo, trado, quod tertia flectit.

A ſto, flecte ſteti, ſtatum: ſtiti at inde profecta,

Atque ſtitum cupiunt, multò ſed crebriùs atum.

Abſcondo, abſcondidi, *habet Plautus, & Silius; ſed poſteriores ferè* abſcondi: *hoc ergo uſitatum, illud priſcum eſt.*

Abſconditus *dices rectiùs, quàm* abſconſus.

*Participia in rus, compoſitorum à ſto frequentiùs fiunt à ſupinis in atum, ut* Conſta-

Digitized by Google

ſtaturus, exſtaturus, obſtaturus: præſtiturus, *frequens eſt.*

*Quædam, quæ modò ſunt primæ, fuerunt etiam tertiæ apud priſcos, cujuſmodi ſunt,* ſono, is. Lavo, is, *ſed* Sono *jam exolevit.* Lavo, *tertiæ etiam Virgil.* 3. *Æn. uſus eſt,* Luminis effoſſi fluidum lavit inde cruorem: *inde infinitum* lavare, *&* *paſſivum* lavi. *Priſcianus ait lib.* 10. *Omnia primæ conjugationis, quorum præteritum exit in ui, vocales diviſas, fuiſſe apud vetuſtiſſimos tertii ordinis.*

ALtera præteritis dat ui, dat
 itúmque ſupinis.
Ut moneo, taceo gignit: ſed torreo
 toſtum,
Sorbeo cum ſociis, dat ui, tamen *Ut abſorbeo, exſorbeo.*
 absque ſupino.
A doceo doctum: à teneo deducito
 tentum.
Cenſeo fert cenſum: miſtum, tibi
 miſceo donat.
Quod tat ui neutrum, timeóque
 carento ſupinis.
Poſcit itum, valeo, careo, placeóque,
 dolétque;
Et jaceo, caleo, noceo, cum pareo
 junges.

Taceo, tacui, tacitum *facit, cùm* reticeo, conticeo, *ſupino careant; contrà* arcitum *ab* arceo *non facilè invenies,* exerceo tamen, & coërceo, *ex eo compoſita* exercitum & coërcitum *habent. Unde Participia* exercitus & coërcitus.

Coaleo *verò* coalui, coalitum *facit &c.*

Sorpſi, ſorptum *fiunt à* ſorbo, is, *verbo tertiæ conjugationis; quo uſus eſt Lucanus;* Abſorpſit penitus rupes, & tecta ferarum. Cenſio, is, cenſire, *apud vetuſtiſſimos fuit quartæ conjugationis. Unde* cenſio, *nomen verbale,* cenſitor, *etiam nunc extant: hinc compoſitum* recenſio, is, *unde participium* recenſitus, *penultimà longâ Claudian.* Priſca recenſitis evolvite ſæcula faſtis.

*Lib. 2. In Eutrop.*

Pateo, patui, *ſupino caret. Nam* paſſum *fit à* pando, *teſte Phoca, Diomede & Gellio.*

Dant, di, ſum, video, ſedeo, cum prandeo: verùm

*Strideo.* S. geminat ſeſſum. Stridi, nil poſtulat ultra,

Mordeo præterito geminato flecte momordi,

Morſum: Sic ſpondet, tondet, ſic pendeo flectes.

*Maneo.* Dat manſi, manſum: minui, ſed præminet optat.

Prominet, immineo, ſimul eminet abſque ſupino.

Hæ-

Digitized by Google

Hæreo dat ſi, ſum, cum ſuadet, mulcet, & ardet,
Tergeo, cum mulget, ridet: ſed torqueo, tortum.
S, juſſi, juſſum, geminat. Indulgeo, ſi, tum. *Jubeo.*
Urgeo, ſi tantùm, cum fulget, turget, & alget.
Lugeo, fert luxi: jam pridem quæro ſupinum.
Luceo duntaxat luxi; ſic frigeo, frixi.
Augeo præterito facit auxi, auctúmque ſupino.
Evi, etum, vieo, flet, net, cum deleo; quæque
A pleo, naſcuntur, repleo, ceu ſuppleo, complet.
Civi, ſume citum: quartæ ſed pignora redde. *Cieo.*

Prandi, *uſitatiſſimum eſt. Plaut. Menæch.* Prandi in navi. Pranſus ſum, *item*, cœnatus ſum, potus ſum hodie apud te, *pro* prandi, cœnavi, potavi, *nondum, quod meminerim, legi apud veteres*, Pranſus *enim* cœnatus, potus, *confecto prandio, cœnâ, potatione; ſive à prandio, cœna, potatione, ſignificant.*

Citum à cieo, *priorem corripit, ut ſuo loco dicemus*; *additâ præpoſitione ſit quarti ordinis, ut* accio, concio, excio. Conciere *etiam ſecundæ conjugationis legitur.*

*Ut oboleo, ſuboleo.*

Nunc oleo, dat ui, dat itum: ſic pignora patris

*Ut oboleo, exoleo,*

Quæ ſervant ſenſum. Evi, etum fert cætera proles.

Aſt abolevit itum dat: fert adolevit adultum.

Ex veo, fit vi, tum, moveo, foveóque, fatentur.

A caveo, cautum: à faveo, deducito fautum.

Vi neutrum tantùm poſcit, ceu flaveo, livet,

*Conniveo.*

Et paveo, fervet: Connivi hoc poſtulat & xi,

Audeo nunc auſus, gaviſus gaudeo poſcit.

Et ſolitus ſoleo: ſolui, tibi Criſpe placebat.

*Quæ ex* oleo *componuntur, ſi odorem ſignificant, hoc eſt, ſimplicis ſignificationem retinent, in ui, & itum exeunt, ut* oboleo, ſuboleo, redoleo, peroleo. *Quæ à ſimplicis ſignificatione diſcedunt, evi, faciunt, ut* exoleo, inoleo, *vel potiùs* exoleſco, inoleſco, obſo-

obſoleo, obſoleſco, adoleo, adoleſco, oboleo, oboleſco; *quorum* obſoleo, *&* exoleo, obſoletum, exſoletum *faciunt.* Inoletum, *ſeu* inolitum, *non memini legiſſe apud veteres.*

*Quidam addunt,* mœreo, mœſtus ſum, *ſed* mœſtus *potiùs nomen, quàm participium videtur.*

*Multa hujus ordinis fuerunt apud vetuſtiſſimos etiam tertii, quorum nonnulla apud poſteros invenies,* Fervo, is, *apud Terentium, Virgilium, Propertium, & nonnullos alios invenitur.* Fulgo, effulgo, *apud Virgilium.*

Libet, licet, piget, pudet, placet, *duplex præteritum habent,* libuit, libitum eſt; licuit, licitum eſt; placuit, placitum eſt. Miſeret, miſertum eſt; *& interdum* miſeritum eſt *tantùm.* Tædet, *vel potiùs* pertædet, pertæſum eſt, *quæ omnia apud idoneos auctores inveniuntur. Plin.* Puditurum, *Saluſt.* pœniturum, *dixêre.*

## TERTIA CONJUGATIO.

POſtulat in ſpicio, aut licio quod
deſinit, exi,
Ectum, ut conſpicio, alicio. Tamen elicit optat *Elicio.*
Elicui, elicitum. A feci, deducito
factum.
A jeci, jactum. Dat fodi, s duplice, foſſum. *Jacio, fodio.*

Vult

*Fugio.* Vult fugi, fugitum. Sapui, ſapiíve, nec ultra

Progreditur ſapio. Cupio, ivi, gignit & itum.

Dat capio, cepi, captum. Sed cœpio, priſcum,

*Rapio.* Fert cœpi, cœptum. A rapui, deducito raptum.

*Pario.* Dat peperi, partum, aut paritum; ſint pignora quartæ.

*Ut excutio, diſcutio.* Dant cuſſi, cuſſum, cutio finita parente.

*Quatio.* Utêris quaſſi, quaſſum, ſi legeris uſquam.

Ritè uo, poſcit ui, ac utum; ſit diluo teſtis.

*Ut diruo. obruo.* A ruo dic ruitum; ſed utum dant pignora tantùm.

*Struo, fluo.* A ſtruxi, ſtructum; à fluxi deducito fluxum.

Congruo nulla, luo, metuóque, pluóque ſupina.

*Ut renuo, innuo.* Annuo, cum ſociis, batuo, ingruo, reſpuo gignunt.

Specio, ſpexi, ſpectum, *verbum priſcum eſt, unde nata ſunt*, aſpicio, conſpicio, deſpicio, inſpicio, perſpicio, reſpicio.

Al-

Digitized by Google

Allicio, illicio, pellicio, *ex Lacio verbo obſoleto ſunt nata*: Allicui, pellicui; *pro* allexi, pellexi, *jam exoleverunt.*

Cœpio, *quo Cato & Plautus uſi ſunt, exolevit; præteritum tantùm & quæ inde ſunt, in uſu ſunt, habet etiam præteritum* cœptus ſum. Congruo nulla, luo, &c. *Claud. tamen in 6. Conſul. Honorii* luiturus *auſus eſt dicere.* Vaſtato tandem pœnas luitura profundo.

*Cùm* pario, *priſcis temporibus, quartæ fuerit conjugationis, nemini, mirum videri debet, ſi ex eo compoſita ejuſdem ſint ordinis.*

BO, dat bi, dat itum. Scabo, lambo, carento ſupinis. **Bo.** *Ut bibo.*

A ſcripſi, ſcriptum: à nupſi, deducito nuptum. *Scribo, nubo.*

ICi, fert ictum; à duxi depromito ductum. Co. *Ico, duco.*

A parſi, Parſum; geminat quoque parco peperci.

Vinco, cupit vici, victum: A dixi, exige dictum. *Dico.*

SCo, vi, túmque petit, ceu noſco, quieſco, ſueſco. *Sco.*

Dat gnitus, agnoſco, cognoſco jungitur illi.

Dat paſco, paſtum. Conquexi linque vetuſtis. *Conquiniſco.*

Ut diſco, didici tantùm: ſic poſco,
popoſci.

Diſpeſco dat ui, pariter compeſcere ſolùm.

Nupſi *vel* nupta ſum: *utrumque enim uſitatum eſt.*

Parco, *etiam* parcitum, *videtur feciſſe, &* parcui, *apud Priſcos.*

Do. DO, di, ſum gignit, veluti defendere, cudo.

N, tamen amittunt fundo, cum ſcindere findo.

*Pando.* S, geminat fiſſum, ac ſciſſum: dat pandere, paſſum.

*Retundo, retuſum.* Tundo petit tutudi, tunſum; ſed pignora tuſum.

Sume cado, cecidi, caſum: cape cædo, cecidi,

Cæſum. Dat tentum, vel tenſum, tendo, tetendi.

Pedo, pepedit habet. Penſum, fert pendo, pependi.

Tum rudo, tum ſido, tum ſtrido, carento ſupinis.

Dant, ſi, ſum, claudo, lædo, cum rodere, trudo:

Divido cum plaudo, rado, cum ludere; vaſi,

Ac

Digitized by Google

Ac vaſum, à vado, capiunt ſibi pignora tantùm.
Cedo petit ceſſi, ceſſum, facit inde ſupinum.

*Nonnulla compoſita ex* cado, *ſupinum habent, ut* incido, occido, recido ; incaſum, occaſum, recaſum.

*Compoſita ex verbo* tendo, *frequentiùs in tus, exeunt*, contentus, extentus, intentus, prætentus, protentus. *Dicitur &* extenſus, intenſus: oſtentus, *tamen elegantiùs eſt quàm* oſtenſus, *quo priſci uſi ſunt.*

Sido, *præteritum mutuatur à* Sedeo, ſedi, *teſto Priſciano : proprio tamen uſus eſt Columella*, Sidi. *Lib. 12. cap. 24.*

Edo, edi, eſum. *Sic* adeſum, ambeſum, comeſum, *meliùs, quàm* comeſtum.

*A verbis* ſcando, mando. *Phocas* ſcandi & mandi, *recipit.* Manſum, *probat Tullius, Quintilianus, Plinius.*

Frendo, is, frendi, freſſum, *gemino*, s, *priſcum eſt, quod* frangere *ſignificat ; jam exolevit.* Claudo *etiam* cludo, *ab auctoribus probatis dicitur.*

DAt xi, ctum, Go, vel Guo, ut plango, extinguo: Supinis N, tamen abjiciunt ſtringo, cum pingere, fingo. *Go, vel Guo.*

Tan-

Tango, cupit tetigi, tactum: egi, ago, poſcit & actum.

Sume pago, pepigi, pactum: cape pangere, panxi,

*Impegi, compegi.* Vel pegi, pactum: gaudent compôſta ſecundo.

*Lego, Frango.* Dat legi, lectum. Fregi, dat frangere, fractum.

Negligit, exi, ectum, cum intelligo, diligo poſcit.

Prodigo, cum dego, ſugo, privato ſupinis.

Dat pungo, pupugi, punctum; dant pignora ferme

Punxi. Vult ſi, ſum, ſpargo, cum mergere, tergo.

Dant xi, xum, figo, frigo: caret ango ſupinis.

Pergo, ſurgo, *ex* rego *compoſita, verba ſunt imminuta, pro* perrego, ſurrego; *præterita & ſupina plena ſunt,* perrexi, perrectum; ſurrexi, ſurrectum. Pago, *verbum priſcum eſt, quod* paciſcor, *ſignificat.*

Pango, panxi, *fecit &* pegi *apud priſcos, quod nunc in compoſitione manet.*

Prodigo, dego ex ago, *compoſita*; prodegi, degi, *quamvis* prodegi *parùm ſit uſita-*

Digitized by Google

*uſitatum, ſupinis carent: at* cogo, coëgi, coactum, facit.

*Nomen* ſuctus, *apud Plinium reperitur: quid ſi ſupinum* ſuctum, *etiam in uſu fuit?*

*Nil cauſâ eſt, cur* linguo *excipiatur; cùm* linctum, *ſit in uſu.*

Pupugi, *frequentiſſimum eſt, at* punxi, *non facilè invenies.*

A Traxi, tractum; A vexi, deducito vectum. Ho. *Traho, veho.*

Meio, facit minxi, mictum; nec plura require. Io. *Ut meio.*

LO, luit, atque litum: colo, cultum: conſulo gignit Lo. *Ut molo.*

Conſultum: occulit, occultum: Aſt alo, poſcit & altum.

Ante carent cello, præcello, excello, ſupinis.

Præteritum duplex perculſi, perculit optat.

Percello, perculſum, haud plura require ſupina.

Dat pello, pepuli, pulſum. Vult fallo, fefelli,

Falſum. A velli, vel vulſi, deducito vulſum.

Sublatum, tollo, nunc tantùm ac ſuſtulit optat. *Quondam retuli fecit.*

E Sallo,

Sallo, facit ſalli, ſalſum. Dat pſallere, pſalli.
Malo, volo, nolo, cum pſallo carento ſupinis.

Aitus *participium ſæpenumero invenitur*, alitus *rarius*.

Mo. *Ut vomo.* MO, per ui, dat itum. Tremo flectitur abſque ſupino.
Dant pſi, prum, demo, promo, cum ſumere, como.
*Emo.* Emi, fert emptum. Premo, preſſi, s duplice, preſſum.
*Pomo. Gigno. Concinui. concentum.* DAt poſui, poſitum: gemitum, genuiſſe repoſcit.
Dat cecini, cantum: cinui, dant pignora centum.
A ſino fit ſivi atque ſitum: Dat ſternere, ſtravi,
Ac ſtratum. Sprevi, ſpretum, dat ſpernere. Cerno,
*Decrevi, decretum.* Crevi, ſed cretum, capiunt ſibi pignora ſolùm.
Dat tempſi, temptum, temno, ſi legeris uſquam.
Lini, vel livi, levíque, litúmque triſulcum

Fert

Digitized by Google

Fert lino. Po, pſi, ptùmque petit: ceu ſcalpere, carpo. Po.

A ſtrepui, ſtrepitum: à rupi deducito ruptum. *Strepo, rumpo.*

LInquo, ſibi liqui, cupiunt ſibi pignora lictum. Quo. *Relinquo.*

DAt coxi, coctum. Tero, trivi poſcit & itum. Ro. *Coquo.*

A gero, fit geſſi, geſtum. Dat curro, cucurri,

Curſum: quæſitum, quæro quæſivit habeto.

FErre, tuli, latúmque. Uro dabit uſſit, & uſtum. *Fero.*

Præteritum verri à verro eſt, verſúmque ſupinum.

A, ſero fit ſevi, atque ſatum; vi ruſtica proles,

Fert & itum: dat ui, ertum, aliena à rure propago.

Cello, is, *jam prorſus exolevit.* Celſus excelſus, præcelſus, *nomina potiùs videntur, quàm participia.*

Refello, *ſupino caret.*

Adimo, à demo; *alii ab* emo *deducunt, facit* ademi, ademptum.

*Præteritum* tempſi, *ſupinumque* temptum, *non facilè reperies.* *Compoſitum* contempſi, contemptum, *uſitatiſſimum eſt.*

*Doceantur pueri verbum* Fero, *cum præpoſitionibus ad, ex, con, in, di, copulare, quæ ſæpe eis negotium faceſſunt:* Affero, attuli, allatum; effero, extûli, elatum; confero, contuli, collatum; infero, intuli, illatum; differo, diſtuli, dilatum.

Sero, *apud vetuſtiſſimos etiam* ſerui, *fecit, & ſupinum* ſertum. *Unde eſt illud Lucani:* *Lib. 10.* Coronas nardo ſertas; *unde & ſerta dicta ſunt.*

*Compoſita, quæ ad rem ruſticam pertinent, faciunt præterito* evi, *ſupino* itum, *ut* inſero, inſevi, inſitum, *unde inſitiones dicuntur;* Diſſero, *hoc eſt,* diſſemino, diſſevi, diſſitum; Conſero, *id eſt ſimul* ſero, conſevi, conſitum; aſſero, *id eſt, juxtà* ſero aſſevi, aſſitum.

*Quæ verò à ſimplicis ſignificatione recedunt,* erui, *&* ertum *faciunt, ut* inſero, *id eſt,* immitto, inſerui, inſertum: *Sic* diſſero, *hoc eſt,* diſputo, conſero, *hoc eſt,* miſceo, certo, *unde conſerere prælium, certamen, manum, &c.* aſſero, *hoc eſt,* affirmo, obſecro, *vel potiùs* circumſero, *ut* ſero, *ſimplex,* obſevi, obſitum, *tantùm.* Exſero, *hoc eſt, extraho,* exſerui, exſertum *tantùm;* Deſero, *hoc eſt derelinquo,* deſerui, deſertum: *hoc rarò ad rem ruſticam pertinet.*

So,

Digitized by Google

SO, ſivi, ſitúmque petit; dat viſere, viſi, So. *Capeſſo, Paceſſo, Arceſſo,*
Ac viſum: Inceſſo, inceſſi; tamen absque ſupino. *Laceſſo.*
Pinſitus, ac piſtus; pinſúsque à pinſuit exit. *Pinſo.*

XI, xum, dant plecto, cum flecto, nectere, pecto: *Co.*
Dant quoque pecto, xui, nectóque. Peto, ivit, & itum.

STertuit, à ſterto tantùm. Meto, meſſuit optat, To.
Ac Meſſum, s gemino: Miſi dat mitto, ſupinum,
S duplici miſſum; è verti, deducito verſum. *Verto.*
Siſto, ſtiti, ſtatum, activum. Neutrale ſequetur. *Ut reſiſto, inſiſto.*
Sto verbum; unde ſtiti, atque ſtitum, ſibi pignora ſument.

A Vixi, victum. A volvi, deflecte volutum. Vo. *Vivo, volvo.*

TExui, amat texo, ac textum; ſolvíque ſolutum.

Accerſio, & laceſſio, *etiam quarta conjugationis reperiuntur.*

*Compoſita à* ſiſto, *neutra ſunt, & tam in præterito, quàm ſupino* i, *vocalem ſervant, ut* reſiſto, reſtiti, reſtitum. *Sic* ſubſiſto, obſiſto, perſiſto, inſiſto, *quorum ſupinis tutiùs utêris, cùm apud probatos ſcriptores legeris.*

## QUARTA CONJUGATIO.

IVi, itum, ut polio, faſtidio, quarta requirit.
Fert veni, ventum, venio: Sepelire, ſepultum.
*Amicio.* Singultum ſingultit amat: dat amixit, amictum.
Ex pario natum, per ui flectatur, & ertum:
Comperio, reperítque, petit ri, poſcit & ertum.
Sancio, dat ſanxi, ſanctum, ſimul optat & itum.
Sentio, vult ſi, ſum. Sepſi, dat ſepio ſeptum.
Hauſi, fert hauſtum; dat vinxi, vincio, vinctum.
Farcio; dat farſi, fartum. Vult fulcio, fulſi,



Digitized by Google

Ac fultum. Sarſi ſartum, dat ſarcio verbum.
Væneo, fert vænum, quod ferme væniit, optat.
Dat ſalui, ſaltum: proles ſibi vendicat ultum. *Salio, inſilio.*

Amixi, *magis placet, quàm amicui, Participium* amictus *frequens eſt.*

*Livius* ſepivi, *dixit*: Ideo cùm munimentis ea ſepiſſent, *pro* ſepiviſſent. *Lib. 4. dec. 5.*

Haurio, haurivi, *vel potiùs* haurii, *interdum facit.*

Salio, *etiam* ſalii, *facit. Statius;* excuſſi ſalierunt cuſpide dentes. *9. Theba.*

Cambio, campſi, ptum *tum demum uteris, cùm apud bonos auctores inveneris.*

## DE PRÆTERITIS ET SUPINIS Verborum Deponentium, &c.

EX or, finitis activam fingito vocem.
Ut vereor, vereo, veritum fluet inde ſupinum.
Præteritúmque ſimul veritus ſum. Cætera fingi.
Hac ratione queunt: pauca excipienda memento.

A reor, eſto ratus; nanciſcor, nactus, habeto:
Orſus, ab ordiri deducitur; uſus, ab utor.
Vult fateor faſſus; proficiſcor, ſume profectus.
Metiri, menſus gignit; pactúſque paciſcor.
Cùmque miniſcor, amat commentum; adipiſcor, adeptum.
Ultus, ab ulciſcor venit; Expergiſcor habebit.
Experrectus; At oblitum, obliviſcor adoptat.
Dat labor, lapſus; Miſereri, funde Miſertus.
Fert utus loquor, atque ſequor; Queror, accipe queſtus.
Dat nitor nixus, niſusque; Gradi accipe greſſus.
Redde fruor, fruitus; Morior, tibi mortuus hæret.
Naſcor, amat natus. Tandem fert ortus oriri.
In tribus extremis per iturus, flecte futurum.

Apiſcor,

Digitized by Google

Apiſcor, *quo utitur Tacitus*: Nihil abnuentem, dum dominationis apiſceretur; *Lib. 5.* aptus ſum *fecit apud priſcos, unde* adipiſcor, adeptus ſum, & indipiſcor, indeptus ſum.

Nixus, *frequentiſſimum eſt*, niſus, *rarius.* Enixus, *ad partum ſpectat*; Eniſus, *ad cæteros conatus.* Adniſus, *ſive* Anniſus, *frequens eſt.*

Tutum *à* tuor, *non eſt in uſu*, Tuitus ſum, *à* tueor *fit.*

Fatiſcor, *&* defetiſcor, *carent præteritis.* Feſſus *enim &* defeſſus, *nomina ſunt potiùs, quàm participia.*

Liceor, licitus, opperior, oppertus, *faciunt rariùs* opperitus.

## *APPENDIX EX SCHOLIIS IN VERBORUM Conjugationem ſæpiùs pueris inculcanda.*

CUm modus, ut Grammaticis placet, nihil aliud ſit, quàm voluntas, vel animi affectio per vocem adſignificata, mirum eſt, eos tam multas, tam varias hominum voluntates, & affectiones, tam paucis modis circumſcripſiſſe, ad quos rem propè infinitam conantur revocare, quàm rectè; ipſi viderint. Potentialis certè modus, Permiſſivus, ſive Conceſ-

ſivus digni quidem ſunt, propter eorum ſingularem ornatum, & elegantiam, qui non ſolùm, ut cæteri, pleni, ac integri perſcribantur, ſed etiam ut aureis litteris exarentur. Plus enim ſplendoris ſoli & venuſtatis orationi, quàm omnes cæteri afferunt.

## DE MODO POTENTIALI.

UT elegantia horum modorum meliùs perſpiciatur, plura exempla de ſingulis ferè temporibus ſubjiciemus. Dicitur verò Potentialis modus, quòd potentiam, ſive facultatem præcipuè adſignificet. Solet enim verbo *poſſum* explicari. Horatius. *Quis Martem tunicâ* (1. Carm.) *tectum adamantinâ, dignè ſcripſerit?* Wer wolt nach der Gebühr von dem *Marte* ſchreiben können? Adſignificat etiam *Debitum*, unde verbo *debeo*, aliquando explicatur. Cicero 3. Verr. *De jure verò civili, ſi quis novi quid inſtituerit, is non omnia, quæ antea acta ſunt, rata eſſe patiatur*, id eſt, non debet pati rata eſſe, ut idem exponit.

Interdum & voluntatem adſignificat. (Æn. 1.) Virgilius: *Et quiſquam nomen Junonis adoret?* Id eſt, *adorare velit.* Und wird jemand die *Junonem* wollen anbetten? Hujuſmodi poſſunt illa eſſe: *Diſcam potiùs, quàm doceam; Pareant potiùs, quàm imperem.*

MO-

Digitized by Google

MODI POTENTIALIS TEMPUS præſens, Amem.

Cicero 3. de Orat. *Ego te Conſulem putem?* Solt ich dich für einen Burgermeiſter halten? Terent. *Tune impunè hoc facias?* Solt dir dis alſo hingehen? Quintilius. *Frangas citiùs, quàm corrigas, quæ in pravum induruerunt.* Lib. 1. c. 9.

TEMPUS IMPERFECTUM. Amarem.

Cicero: *Tu denique, Labiène, quid faceres tali in re, ac tempore.*

Nonnunquam malunt Auctores, duobus verbis, quàm uno uti. Cicero: *Verùm ſi de pecunia teſtibus planum facere non poſſem, illud negare poſſes?* Potuit uno verbo dicere, illud negares. 4. Verr.

PRÆTERITUM PERFECTUM, Amaverim.

Plautus. *Audiſtin' tu me narrare hoc hodie?* Soſt. *Ubi ego audiverim?* Wo ſolt ich es gehört haben?

Virgil. lib. 9. Æn.

*Unus homo & veſtris ô cives, undique ſeptus*
*Aggeribus; tantas ſtrages impune per urbem*
*Ediderit? juvenum primos tot miſerit Orco?*

PRÆ-

## PRÆTERITUM PLUSQUAMPERFE-ctum, Amaviſſem.

15. Met. Lib. 12. Ovidius: *Quot petis hinc, propriore loco Romane petiſſes.* Cicero Cornif. *Plura ſcripſiſſem, niſi tui feſtinarent.*

## FUTURUM, AMAVERIM.

3. de Orat. Lib. 9. ab Urb. Lib. 11. Cicero, *Syrtim patrimonii ſcopulum libentiùs dixerim.* Livius; *injuſſo tuo*, inquit, *Imperator extra ordinem nunquam pugnaverim.* Quintilian. *Et quidem hæc ad quædam prodeſſe, non negaverim.* Wolt ich nicht läugnen/ oder ich will es nicht geläugnet haben. Idem: *Equidem, vel mediocrem orationem, commendatam viribus actionis, affirmaverim* ( dörfft ich wol ſagen ) *plus habituram eſſe momenti, quàm optimam eâdem deſtitutam.*

5. Tuſcul. de Fato cap. 2. Huc etiam videntur pertinere locutiones illæ, quibus veniam, pacémque precamur. Cicero; *Pace tuâ dixerim.* Idem. *Pace magiſtri dixerim.* Seneca de Clement. *Maluerim veris offendere, quàm placere adulando.* Ich wolte/ oder will lieber mit der Wahrheit verletzen/ als mit dem ſchmeichlen gefallen.

## MODUS PERMISSIVUS Seu Conceſſivus.

## TEMPUS PRÆSENS, AMEM.

PErmiſſivus, ſive Conceſſivus modus, permiſſionem ſignificat; unde & nomen

Digitized by Google

nomen invenit, qui etiam Conjunctivo, voce ſimillimus eſt. Ejus uſus, excepto Futuro, in ſecundis, & tertiis perſonis potiſſimùm cernitur. Primas enim non facilè invenies.

Terent. in Adelph. *Quid iſtuc? tibi ſi iſtuc placet, profundat, perdat, pereat; nihil ad me attinet.* Cicero. *Hæc ſi vobis non probamus, ſunt falſa ſanè, invidioſa ſanè non ſunt.* 1. Acad.

## PRÆTERITUM PERFECTUM modi Permiſſivi. Amaverim.

Cicero. *Malus civis, improbus conſul, ſeditioſus homo, Cn. Carbo fuerit aliis.* ( Nun ich gibs zu/er ſey es gleich andern geweſen) *tibi quando eſſe cœpit? Heus vide, quid te futurum ſit? vir ille, quem injuriâ affeciſti, proximo anno fuit Conſul; fuerit.* So ſey er es geweſen/ oder er ſey es gleichwol geweſen. 3. Verr.

## FUTURUM, AMAVERO.

Cicero. *Age, reſtitero Peripateticis, qui ſibi cum Orationibus cognationem eſſe dicunt, &c. Reſtitero.* (Ich gib es zu/ daß ich mich ſetzen / oder wieder ſtehen werde) Idem; *Suſtinuero Epicureos, &c. Diodoro quid faciam Stoico?* Diomades hunc modum affirmativam ſpeciem appellat. Affirmativa, inquit, ſpecies eſt hujuſmodi, Acad. 4. Ibidem. Lib. 1.

di, cùm in re dubia, in qua parùm altercantibus aſſentimur, ſpecie ſubjunctivâ quaſi ſit factum, affirmamus. Veluti, cùm dicimus, *Fecerit, dixerit,* id eſt, crede eum dixiſſe, aut feciſſe, quod neque dixerit, neque fecerit.

## FUTURUM ALITER.
### Amaveris.

Hîc prima perſona ſingularis deſideratur. Utimur hoc modo, cùm diu aliquid ſuaſimus, ſed fruſtra; itaque tædio confecti, atque omni perſuadendi ſpe abjectâ, in has voces prorumpimus: Exempli causâ, *Vixeris, ut libet, ſatìs ſit, te tuorum ſcelerum conſcientià perpetuò cruciari.* Interdum mitiùs, ac leniùs, iisdem vocibus utimur, quibus ſignificamus, nos alicujus rei curam penitus abjicere, eàmque aliorum arbitrio judicióque committere.

Cicero; *Quàm ſibi conveniat, ipſe viderit.* Sehe er zu / oder laß ihn darum ſehen. Idem de Amicit. *Quam rectè id faciam, viderint ſapientes.* Idem de Natur. Deor. *Quàm ſimile illud ſit, tu videris.*

Atque hæc hactenus.

## PRIMI LIBRI
## FINIS.

1468750